



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Capvt V. De peculiari cultu, qui Deo per Horas Canonicas exhibetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

4. At quandōnam obligat prædictum naturale præceptum orandi, vel adorandi? Doctores modò citati varia tempora assignare conantur. Ego hic sentio, quòd *suprà, cap. 1. §. 1. à num. 8.* dixi de præcepto Fidei, Spei, & Charitatis; non dari scilicet certum tempus, & determinatum, in quo directè obligat, sed esse illud, in quo obligat indirectè; quando, scilicet, urget necessitas aliqujus boni acquirendi, vel mali, sicut tentationis avertepdæ, quæ acquirere; vel avertere sine Dei auxilio nos non posse, tunc animadvertimus. Unde *ibidem dicta*, quæ hic maxime faciunt: unde sequitur omittentem eo tempore orare: verbi gratia, tempore tentationis gravis contra castitatem, non peccat nisi contra castitatem, quia solum ex periculo violandi castitatem culpabilis est talis orationis omisso. Ita Lessius *lib. 2. cap. 17. d. 3. sive apud Castro Palaum loco citato, n. 6.* Verum tamen sentiremus directè hoc præceptum obligare, non est nobis in eo explicando diu immorandum, cum illud facile ab omnibus impletur, quis enim tam perditus ut aliquando *Pater & Ave* non recitet, vel alio modo auxilium à Deo implorat?

5. Dixi paulò antiè (præceptum naturale) nam ab Ecclesia pro omnibus Fidelibus esse determinatum tempus orandi medio Sacerdote in Missa audienda die festivo diximus *n. 3.* & pro ministris in recitatione divini Officij *dicemus §. sequenti.*

6. Quæ à Deo petere in Oratione debemus explicantur, & divine comprehenduntur in oratione Dominicali, *Pater noster*, &c. Ut autem: Primò, nostra Oratio sit meritotia, satisfactoria, & magis propriè impetratoria. Secundò, utrum solum Sancti, & Angeli nunc pro nobis orent in celo, an etiam possit in rigore dici Christus Dominus, ut homo est, pro nobis orare. Tertio, an etiam anima Purgatorij? quia non sunt qualitates morales, lege Doctores citatos: & breviter dic; ad primum, & secundum affirmativè, ad tertium, negativè quidem cum Sancto Thoma *secunda secundæ, quæst. 83. artic. 15.* Castro Pal. *tomo 2. tract. 7. de orat. parte 5. num. 1.* & aliis, quia illæ animæ non sunt in eo statu, ut possint cognoscere preces, & desideria nostrà; cum nondum videant Deum, in quo tanquam in speculo eas, quæ longè distant cognoscuntur à Beatis: ita S. Thom. *secunda secundæ, quæ 83. artic. 11. ad 4.* alique *ibidem.* Affirmativè autem dic cum Bellarmino *lib. 2. de purgat. cap. 15.* Suarez *loco citato, cap. 15. n. 16.* aliisque; quia possunt in genere orare pro iis, qui vel sibi beneficiant, vel ipsorum Orationes implorant; immò Angelos custodes iis nostras particulares Orationes deferre, vel alio modo eas Deum, illis ostendere, cur improbabile sit?

De intentione, & attentione in orando.

7. Nisi intendas orare, licet orationem ore fundas, vel mente obvolvās, Orationem Deo non porrigis. Satis tamen est voluntas implicita, sive virtualis: Quare si Breviarium legas, vbi gratia, ut studeas, non oras: at si Breviarium legas cum intentione orandi, etiam si ab illa intentione actuali cesses, adhuc oras, quia remanet voluntas orandi nondum retractata, in ipso affectu, quo Breviarium legis.

8. Requiritur item attentio sive internā, sive externā, quæ triplex est ex S. Thoma, 2. 2. q. 83. art. 13. ad verba, ad sensum verborum, ad Deum.

9. Cum nulla attentione voluntariè orare, an sit mortale dixi satis *Opuscul. de Sacrament. lib. 5. cap. 5. & infra, capite sequent. §. repetam.* Saltem autem esse veniale: omnes supponimus, quia irreverentia tandem aliqua est, cum Deo loqui aliò mentem voluntariè divertendo.

CAPITULUM V.

De peccati Cultu, qui Deo per Horas Canonicis exhibetur.

1. Hora Canonica, seu Officium divinum sic definitur à Bellarmino *lib. 1. de bonis operibus c. 10. Est certa oratio publicè laudandi Deum, & predicandè mente simul & voce, auctoritate præsumptæ Ecclesiæ instituta.* De hac ergo potest primò quæri, quinam ad ipsam teneantur. Secundò, quid est illud quod est recitandum. Tertio, quo modo. Quarto, quo tempore. Quinto, quo loco, & situ. Sextò, sub qua conscientie obligatione, & sub quibus externis penis Octavo, quæ causæ excusent, Separatim, si Deo placet, de singulis.

§. I. Qui teneantur ad Horas Canonicas.

2. Tres hi sunt: Clerici constituti in sacris: Regulares deputati ad Chorum: Beneficiarij; nam Clericos in minoribus, si non habeant beneficium, non teneri, certa est & communis doctrina.

Constituti in Sacris.

3. Sacerdotes obligari ad has recitandas docet c. *Presbyter, de celebr. Missarum* Diaconos docet c. *ult. d. 92. De Subdiacono nullus est textus, ut habet Navar. c. 7. de orat. n. 2. sed est confuctudo vim habens legis, ut docent communiter Doctores.*

4. Ordinati in sacris, qui ex concessione Pontificis post suos ordines uxorem duxerunt. Rursus Latini, qui ducta prius uxore susceperunt certum cum peccato) eodem sacros Ordines, & postea coguntur ut cogi debent, ad uxorem redire; Tertio, qui sunt damnati ad Tririmes Quarto, qui ab infidelibus capti, iisque captivi inferviunt: Hi, inquam, omnes licet probabiliter, ex Azor. *part. 1. lib. 10. cap. 5. q. 5. & 6.* aliisque, obligentur ad Horas recitandas, si aliqua excusationem (de qua *re infra*) non habeant; tamen his item probabile est eximi ab hoc onere. Quoad captivos, & damnatos, Sotus, Sanchez, Less. apud Dian. *part. 1. tit. 2. resol. 40.* ducentes uxorem Sanchez *lib. 8. de matr. d. 8. n. 11.* Ratio est, quia sunt in statu ab hac obligatione alienor nec immeritò videtur usus ipse sic explicuisse. Et quoad damnatos, & captivos sanè aliquid esset ab Ecclesiæ benignitate, & decore, si eos in tanta afflictione positos, & inter illam hominum colliam ad officium adstringere. Sacerdotem uxorandum ex dispensatione Summi Pontificis Sanchez *ibid.* merito liberat ab officio, non quidem à die dispensationis concessæ, sed à die usus concessæ dispensationis. Squillante *de obligat. cleric. p. p. n. 33. & rursus de privil. Cler. c. 7. n. 39.* putat, hunc dispensatum deobligari ab Officio recitando, nisi post contractum matrimonium, Sanchez verò *loc. cit.* ait, deobligari ante contractum matrimonium, sed dimisso jam habitu, quia tunc videtur dispensatione, quod mihi videtur probabilius, quia tunc assumit alium statum. Excommunicatum, suspensum, interdictum esse obligatum fatemur ferè omnes, quia nec debet commodù reportare ex suo delicto nec est in statu alieno à recitatione. Ita Navar. *dist. c. 7. n. 17.* Sylvest. *v. Hora 5. q. 9. & communiter.*

De inclusis in carcere distinguere oportet. Privatos enim carceres non excusare à recitandis Horis certum sit; quia ibi nulla militat excusationis ratio. Publicos, excusare alicui videbitur, propter illum miserum statum valde similem tribuibus. Verum excusare non audeo propter otium magnum, quo ibi abundans inclusi, & vbi se facillè recolligere, ad orandum Deum, possunt.

5. Degradatus propter eandem rationem cum excommunicato, videtur obligandus: ita communiter apud Castro Pal. *tomo 2. tit. 7. d. 2. p. 6. n. 3.* sed certè est probabile;

Panormitano, quã declarat hic adesse legitimam consuetudinem obligantem Moniales ad ejusmodi privatam officij recitationem, quam declarationem ad Urbani affert P. Bardi in *selectis*, lib. 8. q. 1. §. 2.

14. Ex his respondeo dubitationi propositæ n. 8. ad quantum scilicet extendatur illud (quã primum sup. nesciente legere, & volente profiteri Religionem deputatam ad Chorum. Dico enim, si improbabilis est hæc secunda opinio, nimirum concessisse aliquos extendendo illud (quã primum) ad duos, vel tres dies: quia is deberet per illos dies non recitare officium, quod in professione Deo promittere non licet, dum noscitur certum impedimentum, sicut non licet alicui promittere Principi se eras iturum ad bellum, si videat se certò turpe ire non posse, esset enim illum decipere. At verò si esset probabilis, puto illos parum concessisse, eam potuissent concedere etiam duos vel tres menses, quia ex una parte dilatio duorum vel trium mensium non est iudicanda contra Religionem gravis, ut in simili diximus in *opusc. de Sacrif. Missæ*, lib. 3. c. 1. §. 9. m. 1. & ex alia non peccaret non recitando officium privatam, quia sic supponimus ex hac secunda opinione, nec peccaret non frequentando Chorum, ab aliis, ut supponimus, decenter frequentatum, quia sic docuimus *supra*, n. 7.

15. Insurgit hic dubitatio, An professus ad Chorum, qui non sit in sacris, possit transire ad statum Laicæ & consequenter ex dictis n. 6. non obligari ad officium? Respondeo. Negat Navarrus c. *Quando*, *quæst.* 2. 1. n. 20. & Portella in *Respon. Reg. p. 2. c. 8. n. 11.* Concedit Sanchez *lib. 6. in Dec. cap. 8. num. 20.* cum quo sentio. Ratio est, quia professum esse Choro additum, non est substantialiter annexum professioni, sed oritur ex eo, quod Religiosus ex sua voluntate, consentiente Prælato, de putetur ad Chorum. Cum igitur tota substantia professionis addit in statu laicali ejusdem Religionis, si Religiosus & Superior consentiant, non est ratio, cur ea status mutatio fieri nequeat; facta autem mutatione status, non est mirum, quod consequatur exemptio ab officio: sicuti, tollentes per sententiam Episcopi beneficium à Clerico, non est mirum, quod consequatur, clericum ad officium non obligari. Ejusmodi autem Superior debet esse vel Generalis, vel juxta cujusvis Religionis consuetudines, saltem Provincialis, quia res est multum extraordinaria: accedere item debet consensus Conventus, in quo hæc mutatio facienda est, ut notat *ibid.* Sanchez, alique. Ascan. Tambour. *de Jur. Abb. tom. 2. d. 10. c. 33. m. 4.*

16. Sed quæ causa requiritur? Aliquantulum gravis, qualis esset ex Sanchez *ibid.* num. 81. iuniorum consolatio Religiosi in eo statu humiliter servare volentis, vel ineptitudo ad sufficientes litteras addiscendas: est etiam causa delictum Religiosi non leve, propter quod posset, sed per legitimam sententiam, tollere Prælatum superior ab eo etiam invito statum illum nobilitatem, sicuti modo potuit Episcopus tollere Beneficium.

Dixi (superior) cum enim hæc sit pœna gravis, non videtur commissæ Prælato inferiori, sed Generali, vel saltem Provinciali, secundum consuetudines Religionum varias, quas consule.

Dixi item (ab eo invito) nam præter hunc casum delicti, non potest Religiosus sine suo consensu depelli ad laicalem statum; posito enim quod ad clericalem est admissus, fieret illi gravis injuria, si ipso repugnante eo statu spoliaretur.

17. Qui nesciens legere suscipit sacros Ordines (ut id etiam hac occasione dicam, & lege Suar. Castro Pal. Garziam citatos à Trancredi mox citando) aut Beneficium, graviter peccat, & Beneficium dimittere obligatur: sed postea si sit jam constitutus in sacris, nullòque Beneficio gaudeat, non peccat officium non recitando: quia ad impossibile nemo tenetur. Quod si bona fide Ordinibus initiatus fuit is, qui parum legere scit, sperans auxilium à Socio, vel sperans brevi à Magistro doceri, non peccavit, propter bonam fidem, bonamque spem;

at tenetur recitare eo modo, quo potest; quia melius est sic recitare, quam non recitare; Excipio, nisi magna esset difficultas in recitando, quia magna difficultas est impossibilitas Moralitatis: Episcopus tamè hunc ordinem vitæ unquam peccatum vitabit, quia examen de doctrina ordinandi ex officio ipsi incumbit.

18. quendam, qui totum ferè diem infumebat in recitatione officij, illud mutilando, deturbando multa propter summam incertitiam, imò & incapacitatem omnimodo liberavit ab officio recitando Pater Trancredi *tom. 1. de Rel. tr. 3. lib. 4. d. 15. n. 7.* & merito, quia impotentia morali laborabat, nec præscriptis alias precibus loco officij, quia nullum jus adeit in eo casu compensationem cum aliis precibus esse faciendam: ad dimittendum tamen beneficium, si quod haberet merito condemnavit: quod est semper sciendum, nisi forte in casu, quo concurrerent hæc tria. Primum, quod ipse non fuerit in culpa in sua ordinatione. Secundò, quod non habeat unde vivat. Tertio, quod statum illum non assumpserit, nisi spe illius beneficii: Adde quartò, modo vel per se; vel per alium adoneat male ordinantem, ut is Ecclesiæ satisfaciatur restitutione fructuum beneficii.

Excludo etiam satis probabiliter cum Bonac. Trancredi mox citatis (sicut non excludi sit probabilius cum Suar. Fill. alique apud Dianam *par. 2. tract. de Hor. Can. ref. 18. c. 9. §. 3.* & apud Ron. *de Hor. Can. d. 1. q. 2. p. 2.* Trancredi *tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 4. d. 9. n. 11.*) ab obligatione recitandi officium, quos Religiosos professos, qui permanent ad longum tempus vivunt in saeculo, si non sunt in sacris. Quare excludo ejectos ob incorrigibilitatem (addit Bonacina *loc. cit.* etiam fugitivos, sed non approbat in praxi) ut etiam in carceribus publicis vel Trimeribus existentes, & multò magis cum qui vivit in saeculo ob Pontificis dispensationem. Ratio hujus probabilitatis est, quia quamvis hi non mutaverint statum (ex quo ducitur argumentum alterius sententiae) tamen recitatio privata officij Religiosus non constituit in sacris, solum est inducta ex consuetudine, ut modò vidimus: At non potest ostendi esse introductam consuetudinem pro predictis, quando vivunt extra Religionem; cum rati sint qui sic vivunt, & ex alia parte consuetudinem inductam in Religiosis probabile est non obligare extra Religionem.

Beneficiarij.

19. Omnes, qui beneficio gaudent, Episcopi, Abbates, Canonici, Beneficiarij simplices, ad recitandum officium divinum obstringuntur, idque ex iure Canonico; habito respectu ad *re. c. 1.* juxta illud *c. ultimo, de refer. in 6. Beneficium datur propter officium.* Hinc, qui habent Capellaniam non sacram, hoc est, quæ est sine autoritate Episcopi, & à Laicis solet conferri, non tenetur quia hæc, esto fructus afferat, non tamen verè est Beneficium; Beneficium enim est illud, quod confertur à Prælato personæ Ecclesiasticæ ad officium Ecclesiasticum exercendum. Qui est Vicarius beneficii uniti alicui Ecclesiæ, quamvis habeat stipendium sui laboris, & quamvis sit perpetuus, non obligatur, quia non est Beneficiarius, sed Beneficiarij substitutus: ita Castro Pal. *tom. 2. tr. 7. d. 2. de Ora. p. 1. §. 2. n. 5.* Pari modo Coadjutorem cum futura successione huc reduco, neque enim Coadjutore beneficii, etiam si gaudeat, pro sustentatione, aliqua beneficii portione, Beneficiarius est, sed erit.

20. Contrà, qui habent Capellaniam sacram, quam vocant Collativam, quia Episcopi autoritate confertur, tenetur ad officium; ita Azor. *p. 1. lib. 20. c. 3. q. 5.* Hæc enim verè est beneficium fructus afferens. Rursus qui habent Beneficia manualia, scilicet ad nutum Superioris amovibilia, ex eodem *ibid.* c. 4. q. 2. & qui habent Practimonialia, scilicet beneficia quædam simplicia, quæ non impediunt aliorum beneficiorum possessionem, juxta eundem *c. 3. q. 4. ex Bulla Pij. V. 138. Ex proximo*; nec requirunt residentiam, ex Castro Pal. *l. c. n. 3.* quicunque habent beneficium

beneficium in commendam, hoc est, habent administrationem sive temporalem, sive perpetuam Beneficii, fructusque percipiunt, licet titulum non habeant, tenentur ad officium pro eo tempore, quo hæc possident, quia tunc hæc beneficia sunt.

21. Eximio autem ab obligatione recitandi intrusum, id est, recipientem beneficium iniuste, vel nulliter, ut si per violentiam, vel per simulationem, vel existens excommunicatus, seu irregularis quis beneficium reciperet; ita Sanchez in *conf. tom. 1. lib. 2. c. 1. d. 73. n. 5.* Castro *P. l. c. n. 30.* contra Bonac. & Suar. *ibid.* cit. Ratio est, quia hic nec habet titulum beneficii, nec fructus facit (uos: sed obligatur illud relinquere, & hos reddere. Addit recte Sanchez, si petat à Pontifice revaliditatem beneficii, tunc exponere se officium non recitasse, ut scilicet fructuum preceptorum compensationem, quæ est quod diversum à revaliditate beneficii, obtineat. Immo etiam si recitasset, debet hanc fructuum compensationem petere, quia adhuc ea illegitima, ut ita loquar, recitatione positè nulliter recipit fructus.

22. Verum, quid de habentibus pensionem? Respondet qui possidet pensionem laicam, id est, quæ conferitur alicui, in quo non requiritur tonsura Clericalis, qualis solet dari, ob inopiam, senectutem, merita Ecclesiæ exhibita, vel quid simile, ad nihil tenetur nisi forte ex gratitudine congruum sit orare pro Fundatore beneficii, unde extrahitur sua pensio: qui vero clericalem obtinet, hoc est, illam, quæ Clerico ut sic conferitur, tenetur per Sixtum V. *Sacramentum & consuetudinem*, ferre habitum Clericalem ac tonsuram, & tenetur ex Iure novo *Pil. V. 138.* & apud Navarr. in *man. c. 25. n. 12.* recitare Officium Beatissimæ Virginis. Possit autem huic obligationi satisfacere per recitationem Officii Divini, cum satisfaciatur abundantius certum sit Suar. Bonac. apud Castro *l. 2. d. 2. de orat. p. 1. s. 2. n. 6.* dixi (ut sic) quia pensio laicalis potest etiam dari Religioso, sed non quæ Clericis, & de hoc casu est intelligendus Navarrus *conf. 22. de celebratione Missarum*, quando docet Religiosum pensionarium non teneri recitare Officium Beatissimæ Virginis. Si enim detur huic pensio ob senectutem, inopiam, merita, &c. cum videatur illi dari non ut Clerico, non datur sub dicta obligatione. Pto similiter pensionarios sacros, si ex aliis obligationibus recitent Officium Divinum, non obligati ad Officium Virginis; ita Garcia alios citans *3. p. de Ben. c. 1. n. 116.* Suar. *l. 4. de Hor. Cas. 2. d. 2. n. 6.* & hoc etiam forte voluit insinuate idem Navarrus, quia mens Pii V. fuit, ut Clerici pensionarii non essent omnino immunes ab orando: si ergo onerati inveniantur Officio magno, sive ex professione Religiosa, sive ex alio beneficio, sive ex sacramentis sacris, sive etiam si quis Pensionarius fiat Religiosus laicus, unde ex peculiari præcepto obligetur ad quasdam alias Orationes, non obligabuntur ad dictum parvum Officium, quia non præsumitur Pontifex alio superaddito onere eos aggravare voluisse. Colligitur ex Azor. *l. c. 4. q. 3.* & ex Garcia. Adde rem libens pro hoc Laico, modo prædictæ Orationes non sint multo minores, quam sit Officium Beatissimæ Virginis.

23. His explicatis adhuc dubitabis. Primum de eo, qui habet solum titulum, & possessionem beneficii, sed fructus omnes alteri reservantur.

Respondet hunc non teneri ad recitandum ex probabilissima sententia; ita Caiet. Sotus, Sylvest. cum Navarr. *de Orat. c. 7. n. 18.* Ratio est, quia licet beneficium habeat, tamen non habet ut relatum ad fructus, unde eum de altari non vivat, non est æquum tantum onere prægravari. Idem sentio cum Azor. *l. c. cap. 4. q. 6. fin.* de eo, qui etiam est spoliatus beneficio; par enim est ratio.

Dixi (fructus omnes) nam si accipit distributiones in choro sufficientes, jam habet fructus, & tenebitur. Sic idem *ibid. q. 5.* etiam illud servitium assistendi in choro alteri committat, suasque distributiones concedat; tunc enim, ut potest proprietarius distributionum, tenebitur ad officium. Ita Castro *P. l. c. n. 10.* ex Suarib. Nam

propterea merito Azor. nequaquam liberat ab Officio Canonicum absentem etiam cum licentia Episcopi, & causa studii, & etiam si substituerit alium: quia ipse semper retinet beneficii proprietatem.

24. Dubitabis secundò, de obtinente beneficium tenue.

Respondet, licet communior sententia sit, hunc teneri ad Officium; ita Suar. *V. 3. Regin. aliisque apud Dian. p. 2. tr. 1. 2. ref. 9.* quibus adde Castro *Pal. l. c. n. 9.* probabiliter tamen est etiam et tunc non teneri. Ita Sotus, Less. Mad. Mol. aliisque apud Dian. *l. c.* & apud Castro *Pal. loc. cit. n. 1.* Ratio est, quia beneficium tenue reputatur pro nullo; parum enim pro nihilo reputatur in iure: & non est creditibile benignam Ecclesiam tantum onus apponere voluisse tam parvo proventui. Unde si is de altari simpliciter non vivit, altari non serviet; esto ex gratitudine conveniat ipsum orare pro benefactore.

25. Sed quodnam est beneficium tenue? Respondet. Alij dicunt esse illud, ex quo octo circiter aurei à beneficio proveniunt. Ita Sotus *lib. 10. q. 3. art. 3.* Alij, ex quo aurei sexdecim; sic Lessius *lib. 2. cap. 34. dub. 31. part. 2. tr. 9.* Alij, ex quo viginti; sic Ledesma *p. 2. tr. 9. c. 4. concl. 5.* Alij melius, ut Arag. *2. q. 83. art. 12.* ex quo minor tertia parte mediocri sustentationis Clerici exigitur, habita prudentis arbitrio, ratione personæ ipsius beneficiarii, & victus honesti, quo utuntur communiter alij Clerici similis conditionis in tali loco. Qui ergo tertiam partem (vel majorem tertia parte sustentationis habet, non dicitur habere beneficium tenue. Si de tenuitate beneficii dubitatur, vide *supra, lib. 1. cap. 3. §. 7. v. Beneficiarius, num. 2.*

26. Quod si beneficium fuit pingue, sed processu temporis, sine culpa beneficiarii, ut ex bello, peste, sterilitate fructus exigui proveniunt, vel per vim, fraudem, ve impediatur is à dictorum fructuum consecutione, dico tunc, compensandum esse unum annum sterilem cum alio, & obligandum beneficiarium ad recitationem, si cuti diximus *lib. 3. de Sacram. Missæ, cap. 1. §. 3. numer. 96.* quoad onus Missarum; licet Castro Palaus *max citandus num. 38.* in hoc casu etiam deobliget, quia, inquit, percepti fructus vel percipiendi correspondent suo tempori, & pro Officio suo tempore persolvendo dantur, non pro alio. At si multum tenue sit factum beneficium, sine spe incrementi, ita ut iudicio prudentis ad æquam dictam compensationem perungi amplius non possit, vel certe non nisi post longum tempus sibi inutile, non audeo manentibus his, obligare pro tempore, quo fructus non exigit ascendentes ad tertiam partem sustentationis, quia tunc tunc, nec fructus, nec jus utile ad illos ipsi remanet. Nam propterea id ipsum docent non ignobiles Doctores, si in totum sine sua culpa beneficium pereat, quia non est justum quempiam suo stipendio alienis in castris militare. Ita Castro *Pal. tom. 2. tract. 5. d. 2. de Orat. part. 1. §. 2. num. 17.* Dixi (sine culpa) nam si ex sua negligentia, vel delicto hæc diminutio, vel extinctio contigerit, non eximeris ab obligatione, non enim æquum est, ut Ecclesia ex tua malitia suo servitio privetur. Dixi item (sine spe) nam ceterum spes, firma, sicuti dat tibi nunc jus percipiendi pro suo competente tempore fructus hujus anni, sic obligationem inducit nunc servandi.

27. Denique si plura quis exigua beneficia obtinet pertinentia saltem ad tertiam suæ sustentationis partem, obligabitur ad horas, quia jam notabilem sustentationem ab Ecclesia recipit. Ita idem *num. 10.* ex Suarez, Bonac. Garcia. Contra (ut id hac occasione dicam) si plura etiam pingua beneficia habeat, non obligabitur nisi ad unum Officium, & non, ut aliqui asserunt, ad dicenda tot Officia, quot ejus generis beneficia possit. Ita Suarez *lib. 4. de Hor. Can. cap. 18. numero 3.* Bonacina *num. 1. dub. 1. de Hor. Can. disput. 1. quest. 2. p. 4. num. 27.* Ratio nostra est, quia hæc videtur benignæ Ecclesiæ intentio, ut solum multiplicentur tituli, ob quos debetur recitatio, sicuti ordinatus omnibus Sacris Ordinibus



unum debet recitare Officium, & in die festivo, occurrentibus pluribus festis, uni Missæ debent fideles assistere.

28. Dubitabis tertio de habente beneficium in Ecclesia, in qua sit consuetudo, ut per annum, vel per sex menses primos Beneficiarius nec habeat fructus beneficij, nec distributiones, sed ut dividantur inter antiquos Beneficiarios, vel in opera alia pia, & Respondeo, licet hæc consuetudo sit per Canones abolita, Extr. Joan. 22. *Suscipi de elect. Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 14.* Pius V. *Dirum*, Const. 106. volentes, ut saltem mediam partem habeant Beneficiarij: tamen si alicubi adhuc & legitime viget, est probabile non teneri Beneficiarium ad recitationem officij. Ita Castro *l.c. n. 19.* Ratio est, quia consuetudo est irrationabilis, ad quam non consenti Beneficiarius nisi admodum violententer, ne à beneficio excludatur. Cum ergo fructibus, & distributionibus sine sua culpa careat, servare per Officium non tenebitur eo tempore correspondente fructibus ablati Beneficiarios dictos antiquos excuso à restitutione, & peccato, quia favor illi consuetudo, licet irrationabilis; at legitime jam nunc introducta, ut supponimus.

29. Sed quid si solum titulum beneficij habeam, nondum tamen ejus possessionem, saltem pacificam?

Respondeo tribus dictis. Dico primo, si per te stat, quin possessionem habeas, fructus que percipias: te obligari, quia ob tuam culpam non debet Ecclesia privari suo servitio. Ita Sum. *lib. 4. de Orat. cap. 19. n. 7. & 8.*

30. Dico secundo, si possessionem habeas, licet litigiosam, sed tamen fructus percipis, vel spem moraliter certam habes percipiendi, te item obligari, sic Bonac. *tom. 1. d. p. Hor. Can. q. 2. p. 4. n. 16.* alios citans, quia tunc commodum, saltem per certam spem, sentis, unde & oneri te subesse æquum est. Quod si certa dicta spes, non adesse, quia commode careres, careres & onere.

31. Dico tertio, si licet solum habeas, à possessione tamen sine tua culpa sive ob litem, sive ob aliam causam, excluderis, te non obligari; sic Bonac. *ibid. p. 5. n. 25.* Ratio est, quia dum non possides, non diceris habere proprie beneficium, cui annexa est obligatio recitandi; quæ, cum sit onus grave, non est extendenda, sed limitanda ad habentem proprie, & perfecte beneficium. Quare si possessionem eras sis certo habiturus, eras eris obligatus, non hodie. Quid si duo litigarent de Beneficio, & neuter esset in possessione: neutrum obligari ex dictis, deduci debet, quia neuter in rigore beneficium habet. Ita Castro *Pal. tom. 2. tr. 7. d. 2. de oratione, part. 1. §. 2. n. 15.*

32. Petes primo; An qui omittit Officium uno, vel altero die in anno, mortaliter delinquat?

Angelus *v. Hor. 9. 10.* refert, nec reprobat, sententiam Ricardi dicentis omittere Officium tunc esse mortale, quando, vel fastidio Divini cultus, vel ex contemptu, vel ex consuetudine omittitur: secundum Juristas autem binum actum inducere consuetudinem, sed hæc sententia caret probabilitate: sic enim ex mera negligentia semel, aut iterum, non jejunare in Quadragesima, vel non interesse Sacro aliquo die festivo intra annum, pari modo, non esset mortale, quia non esset ex consuetudine, sed profecto grave quid esse unodecim Horas non persolvere, ut item semel in Quadragesima non jejunare, vel Sacro non adesse die præcepto, ut certum, & exploratum omnes supponimus.

33. Petes secundo, Beneficiarius, qui sit Sacerdos, vel Religiosus deputatus ad Chorum, si Officium omittat, dupliciter, an unico peccato peccat? Respondeo, licet probabilius sit cum Sanchez, Bonac. apud Matth. *de ord. tr. 3. p. 6. c. 12.* peccare dupliciter, contra justitiam, & contra Religionem, tamen est etiam probabile, & Henr. Garfia alios referent apud eundem March. *ib. unice delinquere, scilicet contra Religionem.* Beneficiarii enim cujuscuque deputati ad Officium obligatio tandem ad Religionem, seu ad colendum Deum resolvitur.

§. II. Quod est illud Officium, ad quod recitandum tenentur prædicti.

Vno verbo: Officium, ex Breviario Romano, Excipiuntur nihilominus qui alio Breviario utuntur ex consuetudine ante ducentos annos, quales sunt, v. g. Monachi Sancti Benedicti, Dominici, Ecclesia Mediolanensis, Samburg. Leodicensis, & si quæ aliæ sunt hujusmodi: quibus tamen conceditur posse, si velint, consentiente Capitulo universos; hoc est, saltem majore ejus parte, & suo Episcopo (in Monasteriis exemptis consentiente suo Prælato) conceditur, inquam, amplius posse prædictum Breviarium Romanum, Ita Castro *tom. 2. tr. 7. d. 2. de Orat. p. 2. n. 1.* quod si fiat non licere deinde iterum ad antiquum Breviarium regredi, rectè notat Less. *lib. 2. cap. 37. dub. 12. n. 74.*

Jam qui, secus ac dictum est, recitat, obligationi nequaquam satisfacit. Impressesores verò, ac Bibliopæ sub pena excommunicationis late prohibentur imprimere, vel vendere Breviaria Romana, nisi præcesserit licentia Inquisitoris. Ita Clemens VIII. *Cum in Ecclesia*, (vel ubi is non fuerit) Ordinarii in principio vel sine Breviarii approbatione; Adverte ejusmodi Romanum Breviarium fuisse primum à Pio V. *Quod à nobis*, editum, deinde à Clemente VIII. *Cum in Ecclesia citra*, recognitum, & denique cum hymnis novis ab Urbani VIII. *Divinam Psalmodym*, revivum, injunctumque omnibus, ut ita novo hoc uterentur, ut qui haberent illud Pii, vel Clementis, eo possent uti, illudque venderent in posterum noningerentur semper nova cum prædicta Inquisitoris, vel Ordinarii facultate.

Prima Difficultas.

De non recitante ex novo Breviario.

3. Huc plurimæ conflunt difficultates à nobis breviter enodandæ; Prima: An qui possunt emere novum, teneantur? Non teneri certum sit, quin etiam, si domi novum quis habeat, potest is solvere pensum Officij ex illo Pii V. vel Clementis VIII. Quia dum hæc extant, permittuntur; immò, nunc scriptulum ego injeci cuidam, qui Matutinum cum Breviario Pii, vel Clementis; Horas cum Breviario Urbani, vel contra, recitabat: Multo magis si, qui penitentiam de recitando aliquoties Officij injunctam à Confessario, semel ex uno, semel ex alio persolvebat, jam enim semper legitimis Breviariis utebatur.

Secunda difficultas.

De licentia imprimendi nova Breviaria.

4. An possis uti novis Breviariis impressis, v. g. Patris, cum Tola approbatione supremi Consilij Regij, non verò Inquisitoris, vel Ordinarii? Puto posse: ita Navar. *in summ. cap. 17. n. 148. in Reg. Cast. & Franc. Bon. d. 2. de cens. in part. quæst. 2. p. 16. n. 6.* quia jam usi receptum est alicubi, facultatem imprimendi haberi à dicto Supremo consilio, quod idoneum esset vitum deputare ad libros approbandos: Quare tunc, vel non sunt receptæ leges, quibus jubetur esse libros approbandos à persona Ecclesiastica, vel non deest ejusmodi approbatio, quia ex ipsa introducta consuetudine censetur Ordinarius deputare eos ipsos, quos Regium Consilium deputat: quam praxim Roma ipsa comprobat, cum passim ejusmodi libri Romæ palam vendantur: Vide quæ dixi *cap. 1. §. 7. num. 50.*

Tertia difficultas.

An Religiosus obligetur recitare Officium Diœcesanorum.

5. Si quando in Diœcesi ritè celebrentur festa propria, v. g. Patronorum, vel similia, reusne erit Religiosus

firmatur, quia verosimile non est, piam matrem Ecclesiam velle æternis ignibus addicere eum, qui levio rem partem Officij eâ, quàm diximus, omittit.

Si modicam tantum partem recites unius parve horæ, censuris totam negligere, atque admodum mortaliter peccabis, quia ea pars quæ recitata est, cum sit quid parvum pro nihilo reputatur.

Scio aliquem docere omittentem integram Tertiam, vel Sextam, vel Nonam non peccare mortaliter, quasi sit illa brevis hora parva materia in comparatione totius Officij Divini. Sed profectò id, cum sit contra innumeros Doctores, approbare animus refugit. Et ultior ratio fugæ est, quia quamvis alicui appareat esse materialiter quid modicum: Tertia, v. g. respectu totius Officij diei, sicut labor per duas horas respectu viginti quatuor horarum totius diei festi, tamen revelata non ita est formaliter, consideratis omnibus circumstantiis, & sine Ecclesiæ, quæ voluit, ut singulis horis aliquid Deo à Sacerdotibus impenderetur, à quo notabiliter deficit qui totam integram horam, quamvis ex se parvam, omittit. Certè Sacerdos, non recitans in Missa, Gloria vel Credo, quid modicum negligit: at si omittat in Canone tot versus, quot numerantur in Credo, grave quid omittet, ut omnes docemus, nempe ob circumstantiam illam quod sint verba potissimæ partis Sacrificij. Rursus, oculus, vel manus, vel pes, parvæ partes singulæ sunt, respectu totius corporis, tamen, qui unum ex illis amputat, irregularis fiet per omnes Doctores. Non ergo respicienda sola est ipsa parvitas materialis, sed cætera omnia ut prudenter iudices, utrum grave sit, vel leve quod omittitur.

Si omittat quis Vesperas Sabbati sancti ex peculiari ratione, non audeo affirmare eum peccare mortaliter, quamvis integram horam omittat. Nam eæ Vesperæ, & extrapudicantiam habent parvitas, & ex alio capite pro illo die tantæ lætitiæ, atque Indulgentiæ, & in quo præcesserunt in Ecclesiâ satis proluxæ orationes, non est parandum notabiliter lædi finem, & præceptum orandi.

12. Quod dictum est de Officio privato, die (ut id obiter hic notem) de Officio in Choro (quamvis ad versari nobis Suarum loco citato sciam.) Ita Bonacin. *ibid.* Ratio est, quia non est diversum præceptum quoad substantiam, illud, quo tenemur, recitare in Choro ab eo, quo tenemur privatim, ergo nec est diversa gravitas, vel levitas, quoad ejus materiam.

Quinta difficultas.

De Officio Defunctorum, & de Litanis.

13. Non obligari Sacerdotes utentes Breviario Romano hæc privatim, (imò nec in Choro) recitare, obligari autem alio Breviario utentes, dilucidè pronuntiat Pius V. *loc. cit.* lege Pell. *tom. 1. man. Reg. vr. 5. cap. 8. n. 46.* At subdubatur, an saltem in die commemorationis Defunctorum, & quoad Litanias in Rogationibus, festoque S. Marci urgeat obligatio.

14. Probabilis est obligationem urgere, quia tunc illa sunt pars Officij ejus diei, lege eundem *ibid. n. 48.* assertentem Dian. aliisque. Non urgere tamen plures *ibid.* autnant, negantes illa ad Officij illius diei partem pertinere: confirmant, qui Pius V. absolute liberat Sacerdotes à privata recitatione Officij Defunctorum: Quare si rubrica illorum dierum nihilominus illud Officium, & Litanias imponat, quid vetat asserere eam esse merè directivam, non verò præceptivam? Non possum à probabilitatis meta hanc sententiam excludere: Superfedeo tamen à longiore disputatione, siquidem illam apud citatos fusè leges.

Sexta Difficultas.

De Officio aliena lingua recitato.

15. Quævis olim à me P. Octavius Fedeschi no-

ltae Societatis Vir eruditus, & doctus, an sibi liceret Psalmos Officij, idiomate Græco recitare, ut sic Græcas litteras, quas apprimè profitebatur familiaris sibi ex ejus usurpatione, conciliaret? Negativè respondendum videtur non paucis. Castro Palao enim *l. c. n. 14.* licet id semel, aut iterum facere non esse grave delictum affirmet, tamen grave esse ex Bellar. Suar. Sâ. Bonacina, si aliquoties fieri, concludit; Primò, quia sic censetur quis Ecclesiæ Latinæ generalem ritum parvipendere. Secundò, quia, si publicè id fieret, præberetur occasio scandali, & erroris.

16. Profectò, si publicè id fiat in Choro, pedibus in Castro Palai sententiam eo. Quale enim scandalum oriretur in Templo Latino, si Græci, vel Hebræi Psalmi decantari deprehenderentur? Idem dico, si privatim, intentione mutandi ritum; id enim, & per se grave est, & graviter prohibetur à Pio V. Idem denique de vulgari lingua etiam privatim, quia ab hac semper abstinentium duxit Romana Ecclesiâ, de qua loquitur Bellar. & Sanchez citati à Castro Palao à me diligenter visi. At verò ad aliquem finem bonum, privatim, & sine periculo errandi, Græco, vel Hebræo idiomate Psalmos, etiam multoties, imò semper in Officio recitare, cum Bonac. *tom. 1. d. 1. de Hor. Can. q. 3. p. 1. n. 15.* asserens id consuevit P. Maffæum Soc. Jesu; lege Escobar *tratt. 3. exam. 6. cap. 50.* & Sâ; v. *Hor. Can. n. 10.* quos pro se imitandis citat Castro Pal. *loc. cit.* puto peccatum non esse, & satisfieri præcepto, ad quod ex quocunque titulo obligaris. Ratio est, quia etiam sic retinetur formula Romani præcandi quoad substantiam; hæc enim non tam ex idiomate Latino, vel Græco, quàm ex sensu verborum, & illius dispositione constat.

17. Dixi (ad aliquem bonum finem) nam hoc non intercedere, merito docet Bonac. *loc. cit.* non vitari veniale, quia, utcumque, sit contra consuetudinem Ecclesiæ Latinæ: quamvis, quia est in re accidentaria, & de qua non valet laborare Ecclesiâ credatur (quando privatim sit) leviter solum erretur.

18. Idem Bonac. *ibid.* approbat obligatum ex voto, vel penitentia ob bonum finem majoris v. g. devotionis, (quam fortè quis sentiat in Græca, Hebræa, imò vulgari lingua) recitare sic privatim posse Psalmos, aut alias preces. Admitto hæc doctrinam de Psalmis Græcis, & Hebræis, sed de vulgari distinguendum omnino est. Si enim votum, vel penitentia sit de recitandis *Pater, & Ave*, v. g. eaque tu vulgari lingua orando pronunties, non te reprehendo, imò laudo: quia *Pater & Ave* vulgari sermone translata passim in compendiis Doctrinæ Christianæ ad Ecclesiâ proponuntur: at quia Ecclesiæ, licet Hebræos, & Græcos Psalmos admittat, (unde propterea utriusque possumus) nunquam tamen admittit imò damnat, & prohibet vulgares, idè est, si is vulgari bus utaris, merito reprehendo: quia Orationibus ad Ecclesiâ nullo modo permittis votum, & penitentiam satisfieri posse, nullus putare rationabiliter potest.

19. Virges, qui Rubricas etiam merè directivas in Missa semper negligeret, censetur illas contemnere, sic Baldelli in *Theol. mor. tom. 2. l. 3. d. 21. n. 3.* unde & graviter peccare, ut in *opusc. de Sacr. Missæ, lib. 2. c. 5. §. 1. n. 9.* à nobis etiam dictum est; ergo idem de eo dicendum, qui Psalmos Latinos semper negligeret: Respondeo, Missa ex se publicum opus est, non ita recitatio, de qua disputamus; Præterea Psalmorum Græcorum recitatio, in nulla negligentia culpa est, sed consultò motus illo sine bono formulam, seu modum loquendi, qui in Oratione non est de substantia, omittit, Psalmosque Græcos ab Ecclesiâ non rejectos suscipit; at Rubricarum ille tam ordinarius desertor, negligentia culpam committit, suâque, ut ita dicam, caeremonias, sibi confingit, in quo bonus adesse finis non potest.

Septima difficultas.

De mutatione Officij unius in Officium alterius diei.

De mutatione, stando Temper in eodem ritu.

20. Licetne alicui sine peccato recitare Officium pro Officio? Varia Doctoꝝ placita tribus distis resoluuntur.

1. Dico primò, si id raro sine causa ob solam commutatam, v.g. si error venialiter: si vero fiat ex aliquo causa, ut ratione studij, iuicris, infirmia valetudinis, vel etiam ratione non vulgaris devotionis (idem si ex semiduplici, facias duplex) ne venialiter quidem peccati) extra contemptum, vel animum introducendi ritum novum, ut semper supponimus) si etiam Officium quod assumitur, sit brevius, longius quod omittitur. Ita Cister. Fil. Sa. Zanolas Val. Less. Valquez, Castro Pal. L. 17. alique apud Dian. p. 2. r. 1. 2. de Hor. Cen. res. 4. & Pelliz. tom. 1. man. Reg. r. 1. cap. 8. a. n. 73. Ratio est, quia præceptum de percurrendis Horis jam servatur, quod substantiam: & ex alio capite, etiam modus, hoc est, recitatio secundum formam præscriptam pro hoc die, negligatur, unde & peccetur, si fiat sine causa: ratio cum tam raro fit, non videtur offensio gravis, & ex causa videtur nulla. Huc reduco inadvertentiam: non enim cum, qui inadvertenter Officium pro Officio recitavit, obligo ad refundendum proprium alius diei, quævis commode possit, quia illa inculpabilis inadvertentia una est ex prædictis causis, cum non presumitur Ecclesie velle ad duo Officia obstringere eum, qui sine culpa est.

21. Dico secundò, non propterea licere etiam semel, aut iterum, omisso proprio, recitare Officium octavarum Resurrectionis: Sic Diana p. 7. r. 1. 1. res. 7. Pelliz. loc. cit. num. 73. Ratio est, quia hoc adeo breve est, ut omisso proprio Officij sane notabiliter longioris, non censetur res levis, quæ ex aliquibus ex dictis causis commutari queat.

22. Dico tertio, si id sæpè fiat, peccati mortaliter. Ita Suarez, Regim. Fill. Bonalique apud eundem Castro. loc. citum. 18. & apud Marchinum de ordine, r. 2. p. 6. cap. 12. diff. 4. Sæpè autem fieri dicitur, quando sine electu, & communiter (ut in similibus, moraliter modo à procedenti decerni solet) Sacerdos dista mutatione uteretur. Ratio dicti est, quia Pius V. non solum prout politer præcipit esse percurrendum Officium Romanum veluti in genere, sed etiam esse percurrendum illud, quod tali die præcipitur, ut attentè legenti Bullam planum fiet, præscriptum ibi: *Qui tenentur ad Officium sed præcipit, ut quotidie solvantur ex huiusmodi Breviarij præscripto, & ratione: Cum ergo qui sæpè mutat Officium lædat graviter Bullæ præscriptum, mortaliter peccabit.*

23. Dices, ex his Bullæ verbis sequetur peccati mortaliter, etiam si uno die fieret mutatio, sicuti si uno die omittitur omnino Officium, quia jam non servatur Pij V. præscriptum: at supra dictum est solum peccati venialiter, si sine causa id, uno vel altero fiat die.

Respond eo ex his verbis Bullæ solum sequi peccati, & fieri contra præceptum Pij, quod sane concedimus etiam pro uno, vel altero die: At utrum mortaliter, an venialiter, dependet à gravitate, vel levitate materie; quoniam igitur relinquere proprium diei, & aliud Officium ejusdem Breviarij raro assumere, leve quid est, ideo peccatur solum venialiter; at, quia tum sæpè mutare Officium pro Officio, tum relinquere Officium, nullum aliud simile ex eodem Breviario supponendo, grave est, ideo mortaliter sic peccabitur.

24. Sed adhuc super sunt aliquot variolæ, ac practice quæstiones. Prima sic proponitur. Sacerdos Panormitanus hodie sub Vespera Panormi existens, ubi dies currit festus, cras est perterritus Montem Regalem, ubi celebrabitur memoria S. Castri Patroni: poteritne hic Sacerdos hoc festo Panormi recitare Matutinum S. Ca-

stri, & primas Vesperas? Respondeo posse; sed non obligari: Ratio est, quia cum cras sit futurus peregrinus in ea civitate, poterit, sed non sub obligatione se ibi reddere illi Ecclesie conformem, & cras Officio S. Castri operari dare: cum ergo Officium hoc vespertinum sit pars officij crastini, non est improbabile posse illud anticipato tanquam pertinens ad diem crastinum licite ab huiusmodi Sacerdote persolveri.

Quid, si is Panormi percurrerit Matutinum festi? Quando advenit cras Montem Regalem, meliusne proficietur horis festi, an assumer illas S. Castri? Respondet æquè utrumque. Nam si recitabit de feria; se conformabit cum Officio à se legitime incepto, si de Sancto, se conformem reddet loco. Utrum ex his melius, in privato Officio, non discerno, ideo quod magis gerens nam Missam, & Horas in Choro, quia sunt publica, de Sancto sunt celebranda.

26. Secunda quæstio. Sacerdos Panormi, v.g. non recitavit Officium de S. Ignatio, quia dies ejusdem fuit impeditus à Patrono Civitatis Panormi. Jam is discedit Panormo, venitque Montem Regalem, v.g. ubi jam S. Ignatij Officium persolutum est; ad quid obligabis Sacerdotem hunc Panormitanum? Respondeo illum non obligo ad recitandum Officium S. Ignatij, licet enim possit, quia potest sequi ritum suæ Ecclesie, donec alterius Ecclesie domicilium fixum non acquirit; at minime obstringitur illud S. Ignatij Officium reassumere, cum sibi concessa sit facultas assumendi mores loci, ubi eo die adest, ejusdemque diei Officia persolvendi: cum igitur eo loco nihil de S. Ignatio recitetur, nec ipse ex obligatione recitabit.

27. Tertia quæstio est. An liceat cuilibet ritum socij, cum quo Officium recitat, rationemque sequi, v.g. Regularis recitat hodie de suo Patrono Officium duplex, vel ex privilegio de Conceptione Virginis, mihi qui deberem de feria, licetne recitare de illo Patrono, si ut focus ab eo Religioso, etiam nulla accedente causa, ad secum recitandum adhibear?

Respondeo licere, nisi sit aliunde vetitum. Idemque esse, si ille habet facultatem anticipandi horam, licebit enim, & mihi propter dictam Societatem, anticipare recitare. Ita Henrici, alique apud Quintanad. r. 8. sing. 8. n. 9. Ratio utriusque est, quia id videtur consequi ex natura societatis, in quo contractu pares sunt socij in lucro. Rursus, quod lex seu privilegium disponit in uno ex correlativis, extendi solet ad aliud, cum correlativorum eadem sit ratio, l. fin. ff. de acceptilat. & alibi Navarr. c. 22. n. 47. alique apud eundem Quintanad. ibid.

28. Dices, ex hoc sequi mihi Romano licere si advocer ad recitandas horas ab Ambrosiano Sacerdote, Ambrosiano Officio obligationi meæ satisfacere, quod durum videtur. Respondeo hoc non sequi; id enim est peculiariter prohibitum, ut ex mox dicendis n. 33. constabit, quod ego notavi in responsione dum dixi (nisi aliunde sit vetitum.)

29. Quarta quæstio. Ille qui ex errore de festo duplici, vel semiduplici die proprio non recitavit, poteritne recitare de eo, prima, die non impedita Officio novo Lectionum: An potius debebit omittere eodanno ejusmodi festum duplex, vel semiduplex? Respondeo. Probabilius est cum Quintan. ibid. singul. 9. debere omittere: probabile tamen est, & tutum posse dicto die non impedito recitare. Ratio prioris est, quia onus Officij, est alligatum illi diei, evolante ergo die, evolat & onus.

Multò magis, quia sic perturbaretur nimis sæpè ordo Breviarij. Ratio posterioris est, quia Sancti, & recitantes habent jus, ut recitetur ejusmodi Officium in eo anno: ergo non sunt eo privandi sine ulla sua culpa, l. crimen, ff. de penis 12. reg. juris in 6. & alibi. Adde esse quidem onus additum illi diei, sed non ita, ut non possit transferri, quando dies ea oblivio impeditum fuerit, non videtur turbari ordo Breviarij, sed ejus Rubricæ potius observari, si omnia reassumantur.

30. Quinta

30. Quinta quaestio. Quid fiet, si contra quis hodie recitavit de festo, quod debebat, aliquid ex diebus sequentibus recitare? Respond. vel die illo sequenti iterum recitet de festo: quod puto probabiliter cum Quintan. *ibid. sing. 5.* vel dicto die sequenti recitet (sed privatim) illud Officium, quod deberet recitari si festum non esset, quod certe non est improbabile cum eodem *ibid.* Ratio prioris est, quia festum possidet proprium Officium eod. die, ergo non debet omitti propter errorem ante factum de praecedenti. Adde absolum esse, dum omnes eo tempore recitant de Sancto, te de Feria, vel simplici recitare. Ratio posterioris est, quia institutum est, bis de eodem Sancto idem Officium recitari, multo magis, quam Sanctis factum est satis per illam veluti anticipatam solutionem. Unde licet Sanctus possideat contra alios, non tamen contra me, qui iam solvi: & licet sit absolum, si hoc fiat in Choro, vel Missa, ubi sic fieri certe negandum est, non est absolum, si fiat privatim.

31. Sexta quaestio, hodie per oblivionem Sacerdos recitavit Vesperas, vel Matutinum cum Laudibus diversionem ab eo, quod legitime erat recitandum est, v.g. erat recitandum de duplici, recitavit de feria, vel de alio duplici, quid melius faciet, prosequeturne Officium inceptum per errorem, an recitabit reliquum Officij diei sequentis, omisso Matutino, quod legitime recitare debuerat? Respond. Licet optabile sit, ut repetat, quod erravit, tamen non obligatur, ut ex dictis *supra* constare potest: satis autem erit si solum recitet reliquum de Officio proprio, quod currit; Ratio est, quia, ubi comprehenditur error, ibi corrigendus est: non obligatur autem repetere illud Matutinum, quod erat recitandum, quia bona fides eum excusat: eò, vel maxime, quod per aequivalentiam pensum jam solvit. Aliquis ita forte esse iudicabit Sacerdotem hunc posse prosequi quod reliquum est Officij, recitando hoc congruentes Matutinum, & Laudibus, quamvis per errorem recitatis, quia major pars debet tenere ad le minorem: Ita idem *ibid. n. 4.* sed non assentior, quia id esset velle errorem approbare. Adde semper meliorem debere esse conditionem possidentis: at nunc possidet jus officij hujus diei, non alterius à te per errorem recitata.

32. Septima quaestio. Dixi in *opusculo de Sac. Mis. lib. 2. c. 6. §. 1. n. 7.* congruentius Capellano Monialium esse, si Missam in Ecclesia Monasterii celebret de Sancto, quem Moniales forte propter suum ritum proprium celebrant (sed ex Missali proprio; quo ipse legitime utitur); quia se concordem reddere debet cum solemnitate earum, quibus inservit. Jam quid de Officio? potestne & domi Officium privatim de ejusmodi Sancto recitare?

Respond. Judico satis probabile cum Quintan. *tr. 8. sing. 7.* posse cum suo Breviario proprio; ratio est, quia connexorum, seu correlativorum, idem est iudicium, si ergo potest Missam, poterit & Officium, & jure quidem, quia hic aequiparatur Beneficiario, qui potest ex sententia aliorum, cum eodem *ibid. sing. 8.* immo ex aliorum sententia cum Azor. Regina. alique apud eundem *ibid.* obligatur recitare Officium Ecclesiae in qua habet beneficium, in quocunque ipse tandem loco residet: cum ergo Capellanus Monialium sit additus servitij Ecclesiae illarum, congruum est, ut juxta illas oret in iis, in quibus expressè non prohibetur, ubicunque ipse residet. Cum igitur non prohibetur, quoad conformitatem Officij, prohibetur verò à Pio V. in Bulla initio Missalis primò sita, quoad diversitatem Breviarij, illud poterit, non autem hoc.

De mutatione Officij proprii ritus in alienum.

33. Certum mihi est in gravem culpam eum prolabi, qui obstrictus recitare more Romano, recitet etiam pro uno tantum die, more peculiaris Ecclesiae, verb. gratia, Mediolanensis. Ita Castr. Pal. *n. 2. tr. 7. d. 2. p. 2. n. 2.* Ratio est, quia Pius V. *Quod à nobis*, expressè edicit eum, qui suae Ecclesiae orandi formam non custodit, praecipio non satisfactorum: at praecipio non satisfacere

vel per unum diem, materia gravis est. Contra verò, obstrictum orare more suae peculiaris Ecclesiae non puto peccaturum, si nulla praemissa licentia uno vel altero die, Roma totum est privatim oret. Ita Sa. Caic. Suar. Bon. Lall. apud eundem Castr. Pal. *num. 3.* quia tunc conformiter reddit Romana Ecclesiae omnium Matris, id quod placet Pontifici merito praesumimus; consensum autem Episcopi atque Capituli ad ejusmodi mutationem solum pro Choro à Pio Quinto *loc. cit.* requirit, vel saltem pro usurpatione perpetua, non improbabiler asserimus. Excipe, nisi forte oblat praecipuum Superioris. Certè sic obstitit Mediolanensis Clericis Sancti Caroli lex, qui praecipuum suis imposuit, ne alio quàm Ambrosiano Officio uterentur: potuit enim Sanctus illius Vir id praecipere, quia sic oblectus est voluntati Pij Quinti relinquendis mores Ecclesiarum annis ducentis antiquiores.

34. Dicitur est autem (uno, vel altero die) ut tutissimam opinionem proponerem; nam ceterum adhuc benignius loquitur Sa. v. *Hor. Canonum 6. in utraque editione, tum genuina, tum expurgata*, absolute scilicet concedens extra Chorum posse quempiam dicere Officium Romanum. Probabiliter quidem: nam Pius Quintus dum dicit: *Quibus inveteratarum illud jus psallendi suum Officium non adimimus*, videret concedere privilegium privilegio autem utimur, quando volumus: merito autem deinde item Pius Quintus jubet pro Choro adhibendam esse praedictam licentiam, quia ad publicam mutationem publicum accedere consensum omnino deest.

35. Quaes. Licetne Episcopo suis subditis, vel Praelato suis Religiosis concedere licentiam recitandi privatim Officium in alio ex praedictis ritibus? Respondet Tancred. *de Rel. tract. 3. lib. 4. d. 1. n. 7.* probabile esse licere, ita tamen, ut quando fit dispensatio, per quam commutetur Officium proprii ritus Religionis, vel Diocesis in Romanum, minor causa exigatur, quia tunc fit conformatio, ut dictum est, cum jure communi, id quod etiam sine licentia posse privatim fieri, modo nos probabiliter insinuavimus: ad hoc autem, ut Romanum Breviarium mutetur in alienum major causa requiritur, alias esset nulla. Sic Tancreda ex mente, ut ait Suarj. Equidem approbo illius prius dictum; hoc posterius in quo supponit posse Praelatum Papa inferiorum, licentiam concedere dicente Breviario Romano in alienum, mihi diffidit reddidit, quia Pius Quintus prohibuit ejusmodi ritus alienos à Breviario Romano, solum concessit iis, qui ante ducentos annos eos ritus usurpaverunt: At Praelatus inferior non potest ire contra Leges Pontificis, praesertim in re extraordinaria, qualis haec sine dubio est. Ita Castr. Pal. alios citans *lib. 1. tract. 3. d. 6. p. 4. n. 8.*

Octava Difficultas.

De Officio assumendo ab alieno.

36. Cui ex beneficio preces Romanas recitandi verbum gratia, Mediolanum, fiatque Ambrosianus, Ambrosianum ei Officium indico, quia jam illius Ecclesiae Clericus effectus est: Ita idem *n. 2. tract. 7. d. 2. p. 2. n. 5.* Non tamen puto improbabile, posse Romanas preces retinere, quia ratione beneficii, quod ab eodem retinetur suppono, Romanus Clericus esse non desinit. Quod si Mediolani per parvam moram adit, non posse Ambrosianorum more psallere, docet Castr. Pal. *ibid.* quia licet Peregrino, ut aliàs diximus, liceat, si velit, leges sectari loci, saltem id tamen, quando aliquid obstat, ut quando privilegium quodpiam restringitur pro iis signatis, qui permanenter alicubi habitant: tale autem esse hoc privilegium de recitando Officio peculiari, diversòque à Romano, habetur in relata Pij Quinti Constitutione. Nihilominus puto posse, quia non invenio ejusmodi

modi restrictionem. Ecce Pij V. verba, hoc privilegium...

Præterea, si Mediolanensis ex Beneficio obligatus...

Quid, si is Beneficiarius Mediolanensis obiter...

Denique, quando Sacerdos Beneficiatus non est...

Putavit quidam recentior hunc Sacerdotem obligari...

Relege Pij V. Bullam, illud privilegium sive concedentis...

§. III. De modo recitandi Officium.

Officium studiosè, & devotè recitetur juxta...

De attentione, & intentione debita, Remissive.

De his egi per aliam occasionem, Opus. de Sacr. Missæ...

Part. I.

Illud hic de intentione est addendum, te satisfacere...

Sicut etiam, ne incidat in pœnas, v.g. in excommunicationem...

Sine omissione verborum, & mutilatione syllabarum.

Omnia Officij verba debet pronuntiari, atque esse mortale ea negligere...

Qua voce ea privatim pronuntianda sint, dixi Opusc. de Sacr. lib. 2. cap. 9. §. 2.

Hic ergo tanquam in proprio loco sic proponitur sequens difficultas: Sacerdos quidam ita Psalmum percurrebat...

Dico, si in Versuum notabili quantitate id voluntariè præstiterit, deliquisse mortaliter...

Syllabas verborum abscondere, malum quidem est: Sed quandoquidem verbum, licet diminutè, jam proferatur...

Huc facit error eorum, qui, quando cum socio adjuvante Psalmos percurrebant, ita festinatè præoccupant...

Graviter hi peccant, si in notabili quantitate versuum id præstent, ita Azor. Tollet. Fill. apud Bonac. l. c. §. 1. n. 4.

Illud noto, in bene moratis Sacerdotibus difficulter hanc præoccupationem esse mortalem, quia semper levis est...

De dubitante, an omiserit aliquem Psalmum.

In superioribus, libro primo, cap. 3. §. 7. verò Hora Canonica innuit ad quid obstringendus sit is, qui dubitat

F. IV

dubitat an Officium persolverit. In praesentia est alia & quidem consequens difficultas: An qui recitatis horis non recordatur, seu incipit dubitare, num partem earum notabilem omiserit, obligetur ad eam eodem die suppleendam, seu repetendam.

Respondeo. Si non recorderis, seu dubites negative, hoc est, nullas rationes probabiles habeas, vel quae satis exiguas, quae consensum non sufficiant à prudenti extorquere, utrum recitaveris, necne, dico, te non teneri repetere, seu supplere. Ratio est, quia possessio videtur esse pro te; certus enim es te Officium recitavisse, incertus autem, an ejus partem omiseris. Neque dicas, de hac parte non adesse certitudinem fuisse persolutam; ne si dicas (inquam) nam ex communiter contingentibus supponere debemus recitantes Officium, totum certo recitasse, nec partem omisisse, nisi contrarium evidenter constet. Si vero positivè propter aliquas rationes solum probabiles tibi id persuadeas, puto te pariter non teneri; quia praedicta ratio ducta ex communiter contingentibus, quod totum recitaveris, praevalet cuicunque rationi contrariae, quae sit probabilis dumtaxat. Solum igitur tunc repetere cogemur, quando clare moraliter tibi aliquid omisisse constat.

De non recitante, sed solum audiente Lectiones.

10. Quando recitas cum socio, obligaris proferre alternatim versus Psalmorum, ceterum Responsoria, Antiphonas, Capitulum, Orationes, ac Lectiones, sufficit si proferat socius; tu vero attendas (de qua attentione dicam mox §. 4. n. 9.) Ratio ducitur ex praxi recitantium in Choro, cui similis est recitatio cum socio, &c.

Sine interruptione.

11. Quaecunque interruptio sine extra Chorum, sive praescindendo à scandalum in Choro, dummodo continuatio fiat intra eundem diem, peccatum mortale nequaquam attingit. Ita Bon. l. c. n. 28. contra Suarium. Itaque qui unum Nocturnum, vel etiam unum dumtaxat Psalmum hoc mane, v.g. recitat, vel qui Matutini partem, etiam unum Psalmum ejusdem recitavit pridie Vesperti. (Id docuisse Joan. de Lugo testatur Tancreda t. 1. de Rel. tr. 3. lib. 4. d. 1. n. 8. quamvis immeritò contrarius) si postea antequam spiret tempus praescriptum recitandi, nempe media nox sequens, recitet quod recitandum supersupere, non erit culpa mortalis reus. Ita Arag. Lessius, Suar. Laym. alique apud Bon. l. c. & apud Pellizz. t. 1. man. reg. tract. 5. cap. 8. sect. 2. n. 78. legitur item Quintanad. tr. 8. sing. 2. Ratio est, quia jam intra latitudinem temporis, in quo urget praecipuum, totum Officium persolvitur: & ex alia parte non apparet irreverentia gravis id in oratione facere, quae tamen gravis esset in celebratione Missae, quia haec non est sola oratio, sed sacrificium: cui plura debentur inficiabitur nemo.

Dixi (gravis) nam si id fieret sine causa, peccatorum veniale non effugeretur, quia non custodiretur status orandi modus: accedente autem causa, itineris, verbi gratia, negotii supervenientia, Charitatis, imò & Extraneitatis, hoc est, affabilitatis, etiam levis culpa facile vitabitur, Deo Optimo humanis modis, per suam benignitatem, sic indulgente, quod certe non indulgeret superbus quilibet humanus Princeps.

Si quando Matutinum à Laudibus divides (id quod laudabile est, ne dum licitum ex Filiucio tr. 23. n. 235.) opus non esse Matutinum absolvere cum Oratione, nisi in nocte Natalis Domini, docet Sanchez lib. 7. de consil. c. 2. dub. 20. n. 2. nec oportere Laudes incipere cum Pater Noster, docet meritò Gavantus in rub. Brevi. sect. 4. c. 2. num. 4. quia de his nulla apparet nec obligans, nec consulens rubrica.

Sine ordinis inversione.

11. Quod dictum est de interruptione assero de Inventionem non esse scilicet (abstrahendo à Rubricarum contemptu, vel à scandalo) gravis culpa obnoxium eum, qui Vesperas, verbi gratia, prius recitat, quam Matutinum; Psalmum, quàm Laudes, Unum Psalmum, quàm alium, &c. sine causa autem reum venialis, cum causa, ne venialis quidem. Ita Bonac. disp. 1. de Hor. Can. quest. 3. p. num. 5. alique apud Pell. rom. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 2. n. 78. contra Suarium. Ratio est, quia ordo non est de essentia Officij. Hinc, si quis mane non habeat praemanibus nisi Diurnum, poterit sine scrupulo etiam venialis culpa recitare horas, domi recitaturus Matutinum ejusdem diei, quia illa Brevitatis carentia videtur causa efficiens. Hoc pertinet illa difficultas. An matutino nondum recitato Missam celebrare sit culpa, de qua tamen diximus in opus. de Sacrif. Miss. lib. 1. c. 5. §. 2.

§. IV. Quaedam de recitatione Officij in Choro, vel cum Socio.

1. Non pauca haecenus exposita lucem afferunt jam jam dicendis, atque haec invicem illis: Quare ad complementum tractationis, nihil erit lectori ex utriusque negligendum.

De non assistente Choro, nec distributionem recipiente.

Quinam obligentur recitare Officium in Choro, quales sunt Canonici, & similes Praebendati, & quales sunt Religiosi ad Chorum deputati, supponimus hinc non inquitimus; quilibet sui muneris obligationem, sive procurandi, ut chorus non desit, sive cavendi, sive solum assistendi ante oculos habeat.

2. Solum si quoad hoc, illud est pro conscientiae foro afferendum, An praedicti Praebendati, hoc est, qui redditus, seu distributiones habent ad cavendum in choro, peccent mortaliter, quando sine causa excusante (de qua causa mox infra, §. 7. habent) à choro ultra tempus ipsi à jure concessum: concipiuntur enim tres menses in anno, sive continui, sive interpolati, in quibus abesse sine scrupulo possunt. Ita Trid. sess. 24. cap. 12. de ref.

3. Ita quidem si recipientes distributiones, certum est peccare, quia contra Justitiam recipiunt, cum haec assistentibus solum concedantur, iisdemque accrescant distributiones absentium.

4. Difficultas ergo est, si distributiones non recipiant, sed aliis de more assistentibus eas dividendas sponte relinquant. Canonici, v.g. dives qui ultra illos tres menses, sedet quidem in loco suae Ecclesiae, recitatque private Officium, sed per desidia, & quia distributionibus non indiget, choro, qui ceterum vel alios satis decenter frequentatur, non assistit per notabiles dies, puta viginti, triginta, plures, imò per totum annum, peccatè mortaliter, si suis collegis distributiones ultro remittit?

5. Dux, ut solet, sunt Doctorum divisa sententia: nonnulli affirmant esse culpam ex se gratam, nisi forte à gravi parvitas excuset materiae, puta si duobus, vel tribus dumtaxat diebus absentia per se fuerit. Ita Suar. Vafq. Garfias, Bon. apud Casti. t. 2. t. 17. d. 3. p. 2. n. 3. eisdem sequens. Ratio praecipua ducitur à tribus vel quatuor textibus, apud eundem *ibid.* quia videntur graviter obstringere praebendatum ad talem assistentiam, additis excommunicationis ferendae, & depositionis poenis.

Praeterea praebendati obligantur graviter ad residentiam, praeter illos dies vacationis menses, ergo graviter ad assistendum choro, ut quid enim residentia est necessaria, nisi ad Chorum frequentandum? Denique pro hac sententia quinque declarationes Sacrae Congregationis affert Garfias de ben. part. 3. cap. 2. n. 323.

9. Nonnulli tamen negant, Cajet. Val. Reg. Nau. Barb. apud eundem Casti. Pal. l. c. n. 2. Ratio praecipua est, quia

dubitat an Officium persolverit. In praesentia est alia & quidem consequens difficultas: An qui recitatis horis non recordatur, seu incipit dubitare, num partem earum notabilem omiserit, obligetur ad eam eodem die suppleendam, seu repetendam.

Respondeo. Si non recorderis, seu dubites negative, hoc est, nullas rationes probabiles habeas, vel quae satis exiguas, quae consensum non sufficiant a prudenti extorquere, utrum recitaveris, necne, dico, te non teneri repetere, seu supplere. Ratio est, quia possessio videtur esse pro te; certus enim es te Officium recitavisse, incertus autem, an ejus partem omiseris. Neque dicas, de hac parte non adesse certitudinem fuisse persolutam; ne si dicas (inquam) nam ex communiter contingentibus supponere debemus recitantes Officium, totum certo recitasse, nec partem omisisse, nisi contrarium evidenter constet. Si vero positive propter aliquas rationes solum probabiles tibi id persuadeas, puto te pariter non teneri; quia praedicta ratio ducta ex communiter contingentibus, quod totum recitaveris, praevalet cuicumque rationi contrariae, quae sit probabilis dumtaxat. Solum igitur tunc repetere cogaris, quando clare moraliter tibi aliquid omisisse constat.

De non recitante, sed solum audiente Lectiones.

10. Quando recitas cum socio, obligaris proferre alternatim versus Psalmorum, ceterum Responsoria, Antiphonas, Capitulum, Orationes, ac Lectiones, sufficit si proferat socius; tu vero attendas (de qua attentione dicam mox §. 4. n. 9.) Ratio ducitur ex praxi recitantium in Choro, cui similis est recitatio cum socio, &c.

Sine interruptione.

11. Quaecunque interruptio sine extra Chorum, sive praescindendo à scandalum in Choro, dummodo continuatio fiat intra eundem diem, peccatum mortale nequaquam attingit. Ita Bon. l. c. n. 28. contra Suarium. Itaque qui unum Nocturnum, vel etiam unum dumtaxat Psalmum hoc mane, v.g. recitat, vel qui Matutini partem, etiam unum Psalmum ejusdem recitavit pridie Vesperti. (Id docuisse Joan. de Lugo testatur Tancredus t. 1. de Rel. tr. 3. lib. 4. d. 1. n. 8. quamvis immerito contrarius) si postea antequam spiret tempus praescriptum recitandi, nempe media nox sequens, recitet quod recitandum supersupere, non erit culpa mortalis reus. Ita Arag. Lessius, Suar. Laym. alique apud Bon. l. c. & apud Pellizz. t. 1. man. reg. tract. 5. cap. 8. sect. 2. n. 78. legitur item Quintanad. tr. 8. sing. 2. Ratio est, quia jam intra latitudinem temporis, in quo urget praecipuum, totum Officium persolvitur: & ex alia parte non apparet irreverentia gravis id in oratione facere, quae tamen gravis esset in celebratione Missae, quia haec non est sola oratio, sed sacrificium: cui plura debentur inficiabitur nemo.

Dixi (gravis) nam si id fieret sine causa, peccatorum veniale non effugeretur, quia non custodiretur status orandi modus: accedente autem causa, itineris, verbi gratia, negotii supervenientia, Charitatis, imò & Extraneitatis, hoc est, affabilitatis, etiam levis culpa facile vitabitur, Deo Optimo humanis modis, per suam benignitatem, sic indulgente, quod certe non indulgeret superbus quilibet humanus Princeps.

Si quando Matutinum à Laudibus divides (id quod laudabile est, ne dum licitum ex Filiucio tr. 23. n. 235.) opus non esse Matutinum absolvere cum Oratione, nisi in nocte Natalis Domini, docet Sanchez lib. 7. de consil. c. 2. dub. 20. n. 2. nec oportere Laudes incipere cum Pater Noster, docet merito Gavantus in rub. Brevi. sect. 4. c. 2. num. 4. quia de his nulla apparet nec obligans, nec consulens rubrica.

Sine ordinis inversione.

11. Quod dictum est de interruptione assero de Inventionem non esse scilicet (abstrahendo à Rubricarum contemptu, vel à scandalo) gravis culpa obnoxium eum, qui Vesperas, verbi gratia, prius recitat, quam Matutinum; Psalmum, quam Laudes, Unum Psalmum, quam alium, &c. sine causa autem reum venialis, cum causa, ne venialis quidem. Ita Bonac. disp. 1. de Hor. Can. quest. 3. p. num. 5. alique apud Pell. rom. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 2. n. 78. contra Suarium. Ratio est, quia ordo non est de essentia Officij. Hinc, si quis mane non habeat praemanibus nisi Diurnum, poterit sine scrupulo etiam venialis culpa recitare horas, domi recitaturus Matutinum ejusdem diei, quia illa Brevitatis carentia videtur causa efficiens. Hoc pertinet illa difficultas. An matutino nondum recitato Missam celebrare sit culpa, de qua tamen diximus in opus. de Sacrif. Miss. lib. 1. c. 5. §. 2.

§. IV. Quaedam de recitatione Officij in Choro, vel cum Socio.

1. Non pauca haecenus exposita lucem afferunt jam jam dicendis, atque haec invicem illis: Quare ad complementum tractationis, nihil erit lectori ex utriusque negligendum.

De non assistente Choro, nec distributionem recipiente.

Quinam obligentur recitare Officium in Choro, quales sunt Canonici, & similes Praebendati, & quales sunt Religiosi ad Chorum deputati, supponimus hic non inquitimus; quilibet sui muneris obligationem, sive procurandi, ut chorus non desit, sive cavendi, sive solum assistendi ante oculos habeat.

2. Solum si quoad hoc, illud est pro conscientiae foro afferendum, An praedicti Praebendati, hoc est, qui redditus, seu distributiones habent ad cavendum in choro, peccent mortaliter, quando sine causa excusante (de qua causa mox infra, §. 7. habent) a choro ultra tempus ipsi à jure concessum: concipiuntur enim tres menses in anno, sive continui, sive interpolati, in quibus abesse sine scrupulo possunt. Ita Trid. sess. 24. cap. 12. de ref.

3. Ita quidem si recipientes distributiones, certum est peccare, quia contra Justitiam recipiunt, cum haec assistentibus solum concedantur, iisdemque accrescant distributiones absentium.

4. Difficultas ergo est, si distributiones non recipient, sed aliis de more absentibus eas dividendas sponte relinquant. Canonici, v.g. dives qui ultra illos tres menses, sedet quidem in loco suae Ecclesiae, recitatque private Officium, sed per desidia, & quia distributionibus non indiget, choro, qui ceterum vel alios satis decenter frequentatur, non assistit per notabiles dies, puta viginti, triginta, plures, imò per totum annum, peccatne mortaliter, si suis collegis distributiones ultro remittit?

5. Dux, ut solet, sunt Doctorum divisa sententia: nonnulli affirmant esse culpam ex se gratam: nisi forte à gravi parvitas excuset materiae, puta si duobus, vel tribus dumtaxat diebus absentia per se fuerit. Ita Suar. Vasq. Garfias, Bon. apud Casti. t. 2. t. 17. d. 3. p. 2. n. 3. eisdem sequens. Ratio praecipua ducitur à tribus vel quatuor textibus, apud eundem *ibid.* quia videntur graviter obstringere praebendatum ad talem assistentiam, additis excommunicationis ferendae, & depositionis poenis.

Praeterea praebendati obligantur graviter ad residentiam, praeter illos dies vacationis menses, ergo graviter ad assistendum choro, ut quid enim residentia est necessaria, nisi ad Chorum frequentandum? Denique pro hac sententia quinque declarationes Sacrae Congregationis affert Garfias de ben. part. 3. cap. 2. n. 323.

9. Nonnulli tamen negant, Cajet. Val. Reg. Nau. Barb. apud eundem Casti. Pal. l. c. n. 2. Ratio praecipua est, quia

quæ dicitur obligationes sunt in præbendam, seu Canonicam distinguendo: altera recitandi officium, altera recitandi illud in Choro. Propter priorem obligationem recipit Canonicus fructus beneficii, propter posteriorem recipit distributiones: si igitur quando à Choro non recipit distributiones, non est unde contra ipsius interdictum, aliis has cedit, non est unde contra ipsius interdictum culpam.

Assistere enim quod ex vi beneficii, seu ex vi cuiusvis officii fructus beneficii nascatur obligatio non solum ad privatum officium, verum etiam ad publicum in choro: quod gratis dicitur. Quamobrem cum hæc saltem apparet esse dubia obligatio, nihil urgebit, cum non sint impostæ onera certa sine certo, & indubitato fundamento, ut alibi explicatum est.

Uraque ex his sententiis probabilis est, postquam utroque potest benigniorem (præciso semper scandalo, vel aliquo expulso facto in contrarium) libentius adhibere: ad rationes prioris sententiæ respondeo, ex illis probatur nihil contra posteriorem concludi, posita probabilis opinione, (de qua dictum est satis opus, de Sacram. lib. 3, cap. 1, §. 8.) quod ex parte non sunt necessaria signa mortalis culpæ. Præterea dico, aliud esse residere in sua Ecclesia, aliud choro assistere; admittitur ergo adesse Canonicum præceptum residendi, ut nimirum præceptum, & facilius Chori necessitatibus ab ipso, si que sint, consulatur: at ex hoc non sequitur esse etiam præceptum remittendi distributiones, & choro per alios collegas decenter persoluto, ut per se chorum frequenter. Sane Episcopus obnoxius est præcepto residendi in sua diocesi, ut nimirum illam facilius regat, instituatque, non tamen propterea per se, quando per vicarium veliter regit, tegere, saltem in omnibus sub culpa (ut omnes fatemur) obstringitur. Denique ad declarationes Cardinalium, præter cætera, dic de iis authenticè non consistat. Illud certum mihi est huic Præbendam posse, imò & debere cogi à Superiore, vel ad dimittendum Canonicatum, si ad dimittendum causas sufficientes habet, vel ad assistendum, saltem non infrequenter; licet enim ipse, donec cogatur, non peccet, ut dictum est, Ecclesia tamen habet jus volendi suam numerum cantantium in choro: quod ius possunt, imò, ut dictum est, debent Superiores omnino curare, ut factum rectum custodiatur.

De recitatione & prolatione eius, qui in choro, vel cum socio officium persolvit.

§. Propositis aliquot questionibus breviter id explicabimus.

Mente distractus in choro.

Primo enim queritur, an qui, vel cum socio partem suam legitime pronuntiat, ad partem autem, quam alter chorus, vel socius recitat, mente distractus non attendit, an, inquam, is suæ obligationi faciat satis?

9. Dico ex probabilis sententiâ non satisfacere; ita Azor. p. 2. lib. 10. c. 11. §. 5. Bonac. d. 1. de Horis Canon. q. 7. p. 2. §. 1. n. 19. & 21. aliique, etiam posita illa opinione alias admittâ, in nostro opus. de Sacram. lib. 2. c. 3. quæ docet neminem obligari internè attendere, dum officium persolvit. Ratio est, quia ea sententiâ, ideo quamvis quis non attendat, satisfacit, quia non attendendo internè, iam adhibet aliquid, nempe externam attentionem: si quidem profert devotè verba externa officii; at in casu nostro is, de quo loquimur, ex una parte non attendit internè ad verba alterius Chori, seu Socii, ut supponimus, & ex alia nec eandem externè pronuntiat, ergo nullo modo illam chori partem persolvit, ergo solum suam partem, atque ad eam dimittitur officii recitat.

10. Dices, is facit sibi communem chori, vel socii partem per assistentiam, quam in choro, vel cum socio recitat: ergo satis illam persolvere censendus est. Respondeo, si probabile esset per solam assistentiam sibi fieri communem Orationem chori, vel socii, probabile

esset quod urgetur. Dicit enim Fideles solum assistendo devotè sacro, etiam internè non attendant, sicut illud sibi commune in probabili sententiâ. (quæ ibidem lib. 2. c. 3. titulus & afferimus infra lib. 4. c. 3. §. 1. n. 19.) unde præcepto de audienda Missa satisfaciunt: Ita apud Pelliz. in man. reg. 1. v. 1. v. 8. num. 33 se res haberet in casu nostro. At non ita quidem videtur. Officium enim eatenus cum socio, & in choro alternatim recitari conceditur, quatenus tuam partem te recitante, ad aliam, quam tu recitare debebas aliquo modo activè concurras, cui igitur non concurras, eam dictam partem recitando, saltem debes, attendendo. Atque ex his vides facilius esse recitare sine socio, quam cum illo; cum hoc attedere ad ejus partem obstringeris, ad quod sine illo, in ea probabili sententiâ, non obligaris.

11. Non inficigr tamen aliquos absolute concedere ut probabile, hominem voluntariè distractum satis solvere pensum officii in choro, (atque ad eum socio) unde non videri eos necessariò requirere dictam internam attentionem ad partem quam socius recitat; id quod certè, (ne peioris conditionis sit, qui solus recitat quam, qui cum aliis; & quia non clare constat necessitas illa modò dicta activè concurrendi ad partem socii) non est improbabile. Et Caramuel quidem in Reg. S. Ben. d. 108. numer. 1383, citans Fillineum docet recitantem cum socio non teneri partem illius audire, sed tantum expectare ejus finem, id quod & majus est, & placuit etiam Tancredi t. 1. de rel. tr. 3. lib. 4. d. 1. §. 1. 15, meritòne, judicent alii.

12. Illud sine hæsitacione pronuntio cum Sa. v. Hor. n. 9. te satisfacere tuæ obligationi: si attendas quantum moraliter vales, licet propter socij, Chori vè culpam nihil ex iis præcipias. Ratio est, quia hoc modo tu præstas id, quod potius, nec per te stat, quin audias, quare per recitationem tuæ partis addita assistentiâ ad socium, additâque tua hæc attentio pro alia parte, satis tibi communem, in re morali, facies eam socij Orationem. Scio Castro Palaum t. 2. d. 3. part. 4. num. 9. huic concedere quidem distributiones cantantibus in choro debitas, sed eundem obligare, (ut satisfaciat præcepto) ad privatim recitandam eam partem, quam non perecepit. Sed certè ratio à nobis adducta, & distributiones concedit, & extimit hominem ab ejusmodi privata recitatione.

13. Idem propter eandem rationem dico de surdo, de cæco, qui possunt suam partem recitare; dum enim suam partem solvunt, ad suam verò attendunt, quantum possunt (nec enim obligatur, propter fundatè indispositionem, Chorus vel Socius alta voce personare) satis sibi socij orationem communem reddunt. Ita Sanch. tom. 2. de Rel. lib. 4. de orat. c. 18. n. 15. Non sic de omnino surdo, qui nullo modo socij partem audire potest, vel de omnino cæco, qui nullam partem recitet, hi enim non satisfaciunt per prædictam attentionem, quia omnino surdus (more humano loquendo) non censetur recitare illud, nec ad illud moraliter assistere, quod audire nullatenus potest, & ille cæcus non dicitur recitare officium, dum nec suam partem recitat, nec socij partem audit.

14. Obiter advertè, si quando loco antiphonæ, vel similis, personet Organum vel instrumenta musica, adhuc te obligari illam antiphonam submissa voce recitare, quia Organi sola pulsatio non est oratio. Ita Suar. Bon. apud Castr. tom. 2. d. 3. p. 4. num. 7. nisi fortè illam aliquis alta voce, (ut certè fieri solet in bene moderatis Ecclesiis) vel ipsi musici cantent cum Organo; tunc enim eam audiendo jam satis oras in Choro. Quod si totam horam Canonicam ipsi Musici cantent, ut fieri in solemnioribus festis consuevit, aliquibus apud Pell. l. c. n. 4. 2. probabile est satisfieri à Præbendatis, vel Religiosis suæ obligationi, si solum externa devotione ibi assistant, non notabiliter confabulando, vel legendo, & etiam internè non attendant. Ratio potest esse, quia in iis circumstantiis nihi aliud requirit ab iis Ecclesia, nisi modicè assistere: sed magnum onus esset, illos Præbendatos, seu Religiosos, vel debere eam domi repetere, vel debere

tam longum tempus, quo per voces musicas ea Hora Canonica canitur, internam attentionem adhibere.

Confirmatur ex Bauci in *selektis, quæst. 37. Petri*, 17 qui citans Sanchez in *consl. lib. 7. cap. 2. dub. 16.* ait, non obligari servientem Choro recitare illam partem, quam pulsat organum, quia (inquit) Ecclesia sumit illam partem pulsationis Chori pro Oratione.

Submissè canans.

15. Quæritur secundò, An si quis partem suam submissa voce; ita ut audiri à Choro non possit, profert; ad partem autem ejusdem Chori ritè attendit, an, inquam, satisfaciat. Dixi (partem suam) nam partem alterius Chori, ut etiam Lectiones, Antiphonas, &c. quæ ab aliis cantari solent, melius esse non recitare, etiam submissa voce, sed ad illam devotè attendere, ne submurmurando aliis detur causa perturbationis, merito notant Doctores Suar. Sanch. Navar. apud Pell. *tract. 1. man. Reg. cap. 8. num. 26.*

Dico hunc præcepto quidem dicendi horas satisfacere, non verò Ecclesiæ servitio, ideo non obligari ad iterum recitandum privatim, sed non posse distributiones accipere. Ita Bon. *diff. 1. de Hof. Can. q. 3. p. 2. §. 1. n. 16. & 17.* Præceptum adimplet, quia ponit, quod debet, quoad præceptum orandi. Servitio non satisfacit, quia munus horum ad Chorum deputatorum non esse solum recitandi quomodocunque Officium, sed publica, atque ad eò clara voce. Sanch. Garc. Diana apud Marchinum *mor. recitandum, videntur contrarium sequi, sed ex March. tr. 2. de ord. p. 6. c. 13. diff. 7. n. 8.* ij loquuntur de Canonicis, non obligatis nisi ad meram assistentiam, de quibus mox n. 18. Atque hic nota, cum beneficiatus soleat exigere tum fructus à suo beneficio, tum etiam has distributiones ob assistentiam Chori, hunc, de quo loquimur, distributiones solas amittere, non fructus: nam hi dantur propter Officium etiam privatè dictum, illæ propter Chori assistentiam. Quòd si quis non habeat alios fructus, nisi distributiones, certè eas amittet, quia non ponit id propter quod ejusmodi emolumenta, ipsi conceduntur. Amittit, inquam, etiam ante sententiam, quia eas Choro non interveniens nunquam facit suas, ut ex vulgatis iuribus constat: Ita Bon. VIII. c. 5. de Clerico non residente in 6. *Trid. sess. 24. cap. 12. de reform.*

16. Petes, huic licetne saltem medietatem distributionum recipere, scilicet pro ea parte, quam Chorus cantat ad quam ipse jam ritè attendit? Respondeo, licere putant nonnulli, quia jam ponit partem sui muneris; Ita Suar. alique, quos citat, sequiturque Bonac. *ibid. p. 17.* negant alij melius, quia Pius V. prohibet dari distributiones interefferenti, & non recitanti Officium: ita hic ita submissè orans, licet ad aliam partem attendens, non dicitur absolute recitare in Choro. Ita Castro *P. r. 2. tr. 17. d. 3. p. 4. n. 5.*

Nihil dicens in Choro.

17. Quæritur tertio, an qui nihil in Choro dicit, attendat verò ad omnia, satisfaciat?

Dico hunc multò minùs satisfacere; ita Castro *ibid.* quia si nullo modo dicitur recitare in Choro, vel orare velociter, quare etiam si privatim domi recitaret, satisfaceret quidem se præcepto, sed non Ecclesiæ servitio, unde fructus beneficii suos lucrifaceret, non verò distributiones.

18. Excipe illud, quomodo diximus n. 14. *sine*, excipe item eos Canonicos, seu Beneficiatos, quibus vel ex consuetudine, vel ex privilegio conceditur solum interesse Choro, aliis Clericis Chori omnes partes persolvendi; ita Navar. Less. Fill. alique apud Bonac. *quæst. 3. p. 2. §. 1. num. 17.* Castro Pal. *h. c. p. 3.* Azor. *tom. 1. lib. 10. cap. 11. quæst. 10.* iis enim modeste attendentibus, neque confabulantibus non puto sive Pium V. sive Tridentinum Concilium suum æquifitum jus vel privilegium ademisse. An verò ex dictis n. 10. & 11. colligatur his satis esse solum attentionem externam, tu perpende.

Dormitans in Choro.

19. Huc recitatus casus sequens. Beneficiarius dum Choro ritè assistet, maxime à Choro impertitur, ipse tamen ei quantum potest resistens, evadere non valet, ita, ut eo oppressus, nec ad verba, nec ad Officij ministerium attendat, ad quid obligabitur?

20. Puto primò, eum obligari ad privatam, iteratamque recitationem: Ratio est, quia ipse sic dormiens Officium per actionem humanam, & liberam non persolvit.

21. Puto secundò, hunc lucrari distributiones illius Officij sic imperfectè recitati. Ratio est, quia ad illas acquirendas sufficit assistentia, quantum sine culpa potest ab legitime impedito, v. g. ab infirmo, qui Choro non assistat: quod magis legitimum impedimentum, quàm somnus ille pertinax, qui evinci moraliter non potest, quique si actuali infirmitati comparetur, non erit error: Recitare autem postea ad finem acquirendi distributiones, eundem frustra obligatam, siquidem hæ per horas in Choro recitatas acquiruntur, non per recitatas extra Chorum.

Confabulans in Choro.

22. Quæritur quarto, An Canonicus amittat distributiones quotidianas, si non attendat ad ea, quæ recitantur in Choro, sed cum aliis confabuletur, si tamen legitime recitat, quæ sunt à se recitanda? Respondeo, non est improbabile non amittere, quia verè hic suo muneri non deficiat: attendi in Choro, esto peccet contra Religionem, obligeturque quod omisit, recitare privatim.

Recitantes tertiatim.

23. Sacerdotes tres ut laborem Officij temperarent, singuli Versiculum ex Psalmi recitabant; ita fiebat, ut non alternatim, sed tertiatim pensum majore facilitate persolverent; legitime id præstasse sentiendum erit?

Respondeo nequaquam, quia obligantur Sacerdotes recitare Officium more Ecclesiastico; id est, vel totum à singulis, vel ex Choro alternatim, nunquam verò quoad Psalmos tertiatim, & certè si id liceret, liceret etiam quatuor, quinque, plures Sacerdotes suum singulos versiculum recitare, & sic præcepto satisfacere, quod nemo dixit. Huc facit, quod afferam *infra, lib. 3. c. 2. §. 6. n. 5.* ex Castro Palao, qui negat votum recitandi Rosarium, posse impleri recitando alternatim; nam licet nos ibidem secuti sumus oppositum, ubi mos est recitandi sic Rosaria, id tamen probat hæc doctrinam de non recitando officio tertiatim, quia id in Ecclesia receptum more non est.

§. V. De tempore recitandi Officij.

1. **S**vis ab Ecclesia statutis horis recitandis esse preces Canonicas clarius est, quàm ut quæri oporteat: hoc est, jam nunc ex introducta consuetudine timoratorum, sine culpa etiam veniali, Matutinum, & Laudes ab inclinatio præcedenti die usque ad unam circiter horam post ortum Solis dici sequentis; Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, ab aurora usque ad meridiem; Vesperas, & Completorium à meridie usque ad semihoram circiter post Solis occasum. Nihilominus si intra eundem diem recitentur, licet non in suis horis, non peccari certum sit, nisi venialiter, & aliqua existente causa (certè non necessariò magna) ne venialiter quidem in privata recitatione; nam ceterum Prælati sub mortali tenentur diligenter esse, ut regulariter suis horis canterent Officium in Cathedralibus, ac Regularibus Ecclesiis, præcipitur enim sub indignatione Dei, & Sedis Apostolicæ Clem. 1. de celebr. *Miss.* Alij autem inferiores, ad quos non pertinet Chori cura, solum obligantur, quando esset grave scandalum, vel grave detrimentum divini cultus, qui ipsi succurrere possunt. Vide quæ dixi §. 1. n. 7.

2. Solum

1. Solum ergo hic querimus primò, cum Matutini & Laudes possint anticipari; hoc est, sub Vesperas antecedentis diei jam ex introducta consuetudine perhoram quam hora præcisè liceat sine mortali?

Nonnulli sive hyeme, sive æstate putant tribus horis ante occasum Solis, nempe 21. hora Italica. Ita Josephus in brevi notitia de Hor. Can. n. 6. nonnulli tribus horis post meridiem, ut hodie v. g. die 24. Julij quo hæc scribo, quia merides Panormi ad latitudinem gradus 38. est hora 16. min. 53. poterit in horum sententia recitari Matutinum hora 19. min. 63. Ita Bonacin. disp. 1. de Hor. Can. quest. 3. part. 3. num. 15. Barbosa, Gavant. Sæ. Henric. apud Dianam p. 1. tr. 12. ref. 14. Nonnulli circa quartam horam à meridie, hoc est, tribus, circiter horis cum dimidia post meridiem: quæ esset in dicto die 24. Julij, hora 20. min. 23. Ita Mar. rom. 2. de Rel. lib. 4. cap. 26. n. 14. nonnulli diem sive longum ætatis; sive hyemis brevem partiuntur in duodecim æquales partes, quales horas Planetarias appellant; & novem ex his elapsis, hoc est, tribus ex his horis ante occasum, docent recitari posse sine scrupulo Matutinum. Nonnulli denique dicunt duabus horis post meridiem v. g. in dicto die 24. Julij, licere recitationem Matutini hora Italica 18. min. 53. Ita Sanchez in conf. tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 37. num. 4. ex D. Thom. Viguer. Turrecr. & novissimi Fontanad. tr. 8. singul. 2. num. 1.

2. Dico has omnes sententias esse probabiles: sequere, quæ tibi melius ceciderit: & ratio est, quia ex recepta consuetudine licet recitare Matutinum, & Laudes, quando dies inclinatur ad occasum: at quilibet ex dictis authoribus probabiliter putat, eo tempore ab ipsis assignate diem ad finem vergere; ergo merito tunc licet illarum precom solutionem arbitrat.

Imò Sanchez ibid. affert quendam, qui asseruit statim à meridie, præsertim in Quadragesima, quando Vesperæ ante prandium cantantur, posse recitari Matutinum, & Laudes diei sequentis; credo, quia is putavit tunc jam incipere diei declinationem: sed nimis est latè dictum.

3. Illud licet benignum excipi tutius potest pro Italis Horologiis totalibus; hæc enim per pulsam campanæ dant signum communitæ media hora, postquam deper styli umbram horologium solare, lege Pellizz. tom. 1. man. reg. trad. 5. cap. 9. num. 103. In eo puncto v. g. quo Sol infra nostrum Hemisphærium sese abscondit Horologium totale dat signum horarum viginti trium cum dimidia, cum solare ostendat horam vigesimam quartam. Cujus differentia ratio est, quia Horologium totale indicat horas civiles; cives autem usque ad mediam horam appetentes noctis negotia sua propter Solis crepuscula in luce sine tenebris agunt, atque ad eadem diem semihoram illam computant. At Horologium solare, cum ad nullum solis cursum notet, rectè notat vigesimam quartam horam in ipso puncto occasus, quando verè corpus ipsum solare sese à nobis subducit, noctemque patere incipit. Jam verò, quia Matutinum recitari potest reclinate Sole ad occasum, poterit recitari juxta notationem Horologii solaris talem inclinationem ostendentis: cum ergo solare præcedat communitè media hora ante notationem Horologii rotalis Italici, poterit Matutinum recitari semihora ante pulsam dicti rotalis Horologii. Aequinoctio, v. g. quando merides est hora decima octava, potest perfolvi Matutinum sequentis diei duabus horis post dictum meridiem, ex opinione Sanchez num. 3. allata; poterit ergo vigesima hora Horologii solaris; sed vigesima hora solaris est decima nona cum dimidia in Horologio rotali; ergo poterit hora decima nona cum dimidia Horologii rotalis recitari Matutinum. Id quod certè quantum commodi afferat se ex officij penso expatire volentibus, luce clarius vides.

4. Diximus de peccato mortali: quid de veniali? Sanchez in conf. tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 37. num. 6. ait, ne veniale quidem esse Matutinum, Laudeque sequentis

diei perfolvere una hora ante occasum solis diei præcedentis, quia moraliter censetur recitari Matutinum de nocte, quæ tota nox (non autem ipsa sola nox intempesta, seu media, ut aliqui falsò putant) deputatur ad Matutini recitationem. Addit tamen esse veniale, illud recitare, sine causa duabus, vel tribus, vel aliis horis prædictis ante occasum, quia, inquit, sine causa tunc, tempore indebito, recitaretur.

6. Pace tanti viri in hunc modum ratiocinor: Perfolvere Matutinas preces ante occasum præcedentis diei, est consuetudine introductum, ut ipsemet Sanchez ibidem fatetur: sed ex eodem Sanchez consuetudo jam introducta, ut duabus vel tribus illis horis, vergente nimirum ad finem diei, perfolvantur, ergo secundum legitimam consuetudinem licebit tunc recitare: subsumo, consuetudo legitima admittit non minus veniale, quàm mortale, ergo, &c. Confirmit primò, nam passim videtur etiam timorata conscientia Sacerdotes hac in resolum de hora inclinante ad occasum esse sollicitos, ceterum aliam causam nec requirunt, nec considerant: credes, quia totas illas horas ad noctem sequentem pertinere ex ipsa praxi sive præsumunt, sive interpretantur. Confirmit secundò, quia idem Sanchez ibid. num. 2. affert, & non reprobatur quendam doctum Magistrum dicentem quamlibet causam sufficere, & non necessitatem solum, sed etiam commoditatem. Jam ergo nunquam erit peccatum veniale; quia quando alia causa deest, certè non deest commoditas, semper enim homo in similibus, nisi amens sit, si ab alia vehementiore causa non urgetur, satis à propria movetur commoditate.

7. Petes: licetne Matutinum Defunctorum diei eorum Commemorationis primo Novembri eodem modo pridie recitare post Vesperas Sanctorum? Respondeo hæc: ceterum fertur autem quædam declaratio Sacre Congregationis Rituum in contrarium apud Gavantum in Rom. Brevi. sct. 5. cap. 2. num. 6. in qua solum excipiuntur Episcopi in Cathedralibus: sed quia in ea declaratio dicitur (prohibuit pridie cantari) clara fit conjectura prohiberi publicam recitationem in Ecclesiis, non verò privatam, de qua loquimur. Adde primò de hac prohibitione non constare authenticè. Adde secundò Rubricam diei Commemorationis Defunctorum in Breviario Romano præscribere, ut dicto, *Benedicamus Domino*, post Laudes Sanctorum, incipiat absolute Officium Defunctorum: (nota obiter illo die omitti post Laudes Antiphonam, *Salve Regina*) unum ergo eo die recitanda per Rubricam sunt hæc Officia: ergo, si unione hæc supposita, relinquatur potestas recitandi privatim die antecedenti Matutinum cum Laudibus diei infra Octavam Sanctorum, id quod nullus unquam negavit, consequitur relinqui potestatem recitandi eodem tempore Matutinum Defunctorum univendum cum prædicto Sanctorum.

Atque hinc contra colligo, Litanias die S. Marci, & Rogationum recitari consueveras, supposita eorum obligatione, de qua tamen dixi cap. 5. §. 2. num. 41. non posse pridie Vesperti recitari: tum quia Litanie illæ sunt loco assistentia Processionis, quæ certè pridie non celebrantur; tum quia Rubrica Missalis Romani in die S. Marci, & in triduo Rogat. de iis, perfolvendis non signat unum nem Laudum cum ipsis Litanis, non enim dicit: Percirantur Litanie, dicto *Benedicamus Domino*, sed: Hodie post Matutinum, seu post Laudes, puta suo debito tempore: tum denique quia pro Litanis adest illud Hodie, quod non est pro Matutino Defunctorum.

8. Querimus secundò. An quis profiteretur Religionem deputatam ad Chorum, vel incipit possidere Beneficium, hodie, verbi gratia, circa meridiem, obligetur recitare Horas respondentes temporis antemeridiano, hoc est, Matutinum, Laudes, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam? Dico nequaquam obligari obstringitur enim is illas dumtaxat solvere, quæ correspondent tempori pomeridiano. Ratio est, quia vis Professionis, Ordinis, Beneficij ad consequentia Officia

obligat, non verò retrahit obligationem ad antecedentia.

9. Difficilius est decernere, An si predictus recitavit manè Horas respondentes tempori ipsi pomeridiano, v.g. Vesperas, obligetur post Professionem, seu Ordines in meridie susceptos, iterum eandem recitare? Obligari docet Bonacina, quem sequitur Castro Palaus tom. 1. tract. 17. disp. 2. part. 4. numer. 3. citans Bonacin. quia non satisfit præcepto eo tempore, quo nullum præceptum urget, sicuti non satisfit præcepto de audiendo Sacro die Dominico, per Missam auditam die Sabbati: si quidem die Sabbati nullum urget præceptum: non obligari repetere, supponit ut certum de Lugo, de Eucharist. disp. 16. scil. 2. multa enim adsunt præcepta (ait) quæ satis observantur, si paulò antequàm urget præceptum adimpleantur: sic, si non è sacrum fecerit, vel eidem interfuerit in loco, ubi non est festivus dies, nullus te accedentem eodem die manè in locum, ubi celebratur festum de præcepto, obligabit iterum assistere Missæ. Hinc ego sententiam sum secutus, in opusc. de Comm. cap. 5. §. 2. Hanc iterum amplector, cuius rationem ibi, si jvat, relige.

Quoniam tempore Officij agimus, Quæret quis: An Officium ex obligatione, recitare liceat tempore Missæ, quæ auditur ex præcepto; ex communi ferè calculo licere respondebimus inferius, lib. 4. cap. 2. §. 1. num. 16. quia utraq; est attentio ad divina, neutra alteram impediens.

§. VI. De loco, & situ recitandi Officium.

1. Pro publica recitatione locus est Chorus, & tota Ecclesia, ejusque Capellæ: immo alicubi, ex introducta consuetudine, Sacristia quæ patet ad Ecclesiam; pro privata verò nullus est assignatus locus: solum advertit Castro Palaus l. c. n. 7. ex Bonac. disp. 1. de Horis Can. q. 3. p. 5. num. 5. & lege item Bellarminum de bon. operibus, lib. 1. c. 18. & Navar. de orat. c. 3. n. 5. ne in locis immundis, vel distractioni expositis recitetur sine necessitate, qua non existente, venialiter, inquit, peccaretur: ibi propter irreverentiam, hic propter periculum distractionis.

2. Ego hoc de loco distractionibus exposito libens amplector: Illud de locis sordidis, præcisò contemptu (qui sanè gravissimum esset scelus) vix possum admittere, nam pari modo, si quampiam orationem vocalem Deo, vel Sanctis eo in loco effunderes: immò si orationem mentalem tunc exerceres, aspirationemque haberes ad Dominum Deum, venialiter peccares; & sanè nimis durum videret velle fidelem obligare ad abstinendum ab Oratione eo tempore, quo humanis necessitatibus inservit. At in conceptu hominum Oratio ejusmodi sordido facta loco, reputatur irreverenter fieri. Respondeo ita reputari à vulgo, non à sapientibus, qui res suo momento expendunt. Deus optimus operis mandati æquè, atque immundi Creator est, & conservator, à nullis unquam sordibus radij solaris instar, inquinandus; & rectè affert Pater Tancreda, tom. 1. de Relig. 3. lib. 3. d. 4. num. 3. S. Anselmum apud eundem, id ex illis verbis comprobantem: Deus ubique est, & S. Chryostomum hom. ad populum Ant. apud eundem. sic hortantem, Templum es, ne locum quæras. Lege Suarium dict. lib. 2. de ord. disp. 3. & lib. 2. disp. 4. num. 3. & item illud David Psalm. 102. In omni loco dominationis ejus benedic anima mea Domino.

Distinguendum igitur est; si locus ejusmodi sordidus sine delectu eligatur ad Horas recitandas, aliàsque preces effundendas, cum possit mundior eligi, aliquam venialem irreverentiam committi probabile est: at si vel casu, vel ex aliqua occasione in loco immundo reperiaris, orato libenter, quia etiam in loco sordido melius est orare, quàm otiosum esse. Molphestus apud Bonac. l. c. q. 3. p. 6. num. 6. narrat quendam, qui in locis immundis recitabat Officium, in eisdem post mortem luisse pœnas.

Meritò, is enim non ex amore non cessandi à Dei Laudibus in quocunque loco, sed fortasse temerè, & sine delectu, cum alicubi facile potuisset, in locis sordidis Sacrum populum perturbare.

3. Quod asserimus de loco, dictum esto de situ corporis: si enim sine necessitate in lecto decumbens vel sub immodesta corporis positione sine delectu recitares, cum id sit aliquis desidia effectus, irreverentiam, puta, venialem committeres, præscindendo semper à contemptu, ut dictum est.

4. Stare cum standum; genuflectere, cum est ex præcepto Rubricæ genuflectendum, non excedit, citra eundem contemptum, fines peccati venialis: immò ne venialis quidem culpa terminum attingere putat Castro, loc. cit. n. 7. quia ex Rubricæ solum videntur consilium dare, non præcipere: cum videantur ad Chorum ordinata.

§. VII. De obligatione, & penis non recitantium Officium.

Satis ex dictis liquet præceptum Horas Canonicas recitandum esse sub mortali, idque, ut dictum est, in opusc. de conf. lib. 2. cap. 2. §. 4. satis probabiliter unicuique uno die, pœnamque inferre contra præbendatos, seu Beneficiarios etc. Restitutionem; contra alios enim præter mortalem culpam, nullam invenio pœnam in jure statutam. De ejusmodi, ergo restitutione, si planè eam cognoscere cupias, adi Castro, aliòsque ibid. citat.

§. VIII. De causis excusantibus ab Officij recitatione.

1. Potest esse sermo vel de recitatione absolute, vel de recitatione in Choro pro præbendatis. Quoad posteriorem sunt illæ tres, quarum meminit Bonif. VIII. Infirmetas, corporalis necessitas, utilitas Ecclesiæ, de quibus fusè Doctores. Quoad anteriorem; de qua ut potè magna, nobis necessariò aliud distinctius hic operæ pretium est afferre, sunt item tres. Impotentia, gravis occupatio, dispensatio.

Impotentia.

2. Impotens eris ad recitandum, ac proinde, si ve ul- la culpa Officium omittes: Primum, si inculpatè obliviscaris: Secundò, si ignoreas te obligari, vel si legere nescias, qua utraque ignorantia pueros in Beneficium assumptos laborare non rarò contingit: non tamen excusio, ut supra, §. 1. n. 17. dixi, nescientem legere, si is Beneficium, vel Ordine suscipiat, quia iri ipsa susceptione peccat, dum graviter indispotus Officij recitandi onus adverteat acceptat. Hæc ole locum citatum. Tertio, si sine culpa Breviario careas. Quartò, si gravi quopiam malo; v.g. infirmitate, cæcitate, &c. premaris, vel ne illo veteris jure times, puta febri, dolore vehementi, &c. Quintò denique, si jacturam non mediocrem timeas fortunarum, vitæ, honoris, quod licet rarò inter Catholicos evenire soleat, solet in locis hæreticorum, vel infidelium, etiam præscindendo à contemptu Religionis, &c. Hoc reducitur, si graves rixæ & discordiæ timeantur, si Officium recites, in quod ceterè rarissimè evenire video.

Fillucius n. 27. p. 2. cap. 6. q. 9. n. 125. non excusat eum, qui ex pravo habitu magnam habet difficultatem Officium recitandi, quia illum habitum à se tollere obligatur, Meritò: sed limita, nisi tanta sit difficultas, ut impossibilitas moralis reputetur, qualis esset si timeretur futura febris, vel gravis dolor capitis, ilque continuus, &c. Sicut enim sua culpa incidens in impotentiam jejunandi, ea contracta ad jejunium non tenetur, ita in casu nostro. Verum circa causam infirmitatis quatuor mihi sunt obviam non vulgares difficultates.

Prima difficultas.

Qui non potest totum recitare, non tenetur

ad partem.

3. Visus multis, variis, confusisque dicendi modis hanc

hanc iudicio omnium expeditissimam, & sanè tuam regulam: Qui non potest majorem partem Officij pariter recitare, potest autem minorem, ad hanc obligat. Contra: Qui non potest minorem, potest autem majorem (omissa licet minore) planè tenere. Ita Sanchez lib. 7. concil. cap. 2. d. 47. num. 3. Azor. lib. 1. lib. 10. cap. 13. quest. 4. Castro Pal. n. 7. d. 2. p. 6. n. 8. Ratio regulæ est; tum quia sic consuetudine recipitur est à prudentibus, tum quia major pars trahit ad se minorem, non verò contra, tum denique quia sic servari redditur onus Officij, & scrupulis minus obnoxium.

4. Qui potest æqualem, hoc est, dimidium Officij recitare, obligatur ad illam, omnia dimidia parte, quam non potest. Ratio est, quia tunc non possumus recurrere ad regulam, per quam major pars trahat ad se minorem: cum ergo pars dimidia sit planè pars notabilis, ab illa excusari aliquis non poterit.

Secunda Difficultas.

Quenam sit major, quæ minor pars?

5. Sed ex his ecce secunda difficultas in præd. emergens, æquænam censenda sit major, quæ minor Officij pars? Ex quatuor dictis, quæ apud non ignobiles Doctores inveniuntur, id facile fortasse ad lucem evocabimus.

6. Primum dictum Navarrae, Les. Azor. Val. apud Castro Pal. l. c. n. 8. Qui potest recitare Laudes, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperas, & Completorium, licet non possit Matutinum, compellitur illas recitare, quod supponimus, non posse. Ratio est, quia tot horæ sunt major Officij pars. Atque ex hoc dicto sequitur, quod si contra, potest quis solum Matutinum recitare, non autem illas horas, ad nihil obligabitur, prædictis n. 3. quia nimirum solum Matutinum est minor Officij pars.

7. Secundum dictum Rodr. Garf. J. Molf. apud Bonac. lib. de Hor. Can. q. 6. p. 2. n. 6. Apud Ioan. Sanch. in f. l. d. 1. n. 1. Contra sentit Th. Sanchez lib. 2. in decal. c. 19.

8. Qui non potest recitare Matutinum & Laudes, potest autem Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperas, & Completorium, ad nihil tenetur. Ratio est, quia Matutinum & Laudes sunt major, & certè prior Officij pars. Atque ex hoc dicto sequitur, quod ex adverso, qui potest recitare Matutinum cum Laudibus, non potest autem illas cæteras horas, tenetur his neglectis ad illud, quia illæ cæteræ horæ sunt minor pars Officij divini.

9. Tertium dictum Castro Pal. l. c. p. 6. num. 5. Qui potest recitare cæteras omnes horas præter Vesperas, ad illas cæteras solvendas obligatur. Ratio est eadem, imò et ex se patet, major. Ex quo contra sequitur, valentem solas Vesperas, adde & Completorium, non autem cæteras alias recitare, ad nihil teneri, quia Vesperæ, & Completorium, cum sint pars minor, trahuntur ab excusatione aliarum, quæ sunt major.

10. Excipe tamen hic, & in similibus, nisi fortè superveniat præceptum. Explico. Sit qui statim à meridie sacro Ordine initietur: hic, licet non obligetur recitare majorem partem Officij illius; diei nempe Matutinum Laudes, cæteræque horas, ut supra, §. 5. num. 8. videtur, obligatur tamen Vesperas & Completorium. Ratio est, quia tunc supervenit præceptum cadens in Vesperas & Completorium, materiam sanè capacem gravis obligationis, nullo respectu habito ad horas antecedentes.

11. Quartum dictum Ioan. Sanch. & Gar. apud Pelliz. lib. 1. r. 5. c. 3. n. 10. Non est obligatus recitare illam horam, cujus notabilem partem necesse habes omittere, v. g. si sit cæcus, qui memoriâ teneat Psalmos Matutini, non autem Lectiones, non tenetur Matutinum recitare, quia Psalmi sine Lectionibus non sunt substantialiter Matutinum Ecclesiasticum, atque aded Lectiones sunt

notabiles Matutini partes. Quid si sciat Psalmos horarum, nesciatque Capitula & Orationes? Certè similiter non videtur ad horas recitandas obligandus, ita Tol. Diana, & ex parte Sotus apud Pelliz. loco citato num. 112. quia patet illi psalmi non sunt substantialiter Horæ Canonicæ, juxta formam à Pio. V. præscriptam. Si cæcus nesciat, vel tu non habeas hodierni Officij majorem partem, sciat verò ille, vel habeas tu majorem partem Officij alterius diei, non obligamini ad recitandum hoc alterius diei Officium, imò neque ad alias partes. Ratio est, quia non tenemur ex ullo præcepto aliud supponere loco Officij divini.

12. Occasione hujus exempli ducti à cæco, Petes: Si possit ejusmodi cæcus, vel quicumque alius asciscere socium, cum quo valeat Officium totum ritè recitare, obligabitur? Respondeo obligari ad asciscendum socium docent nonnulli ita Bonac. alios referens diff. 1. ad Hor. Can. q. 6. p. 1. n. 8. sed certè probabile etiam est sacris initiatum, vel Religiosum non obligari, quia facultas admittendi socium etiam sponte se offerentem, est privilegium: Privilegiis autem utimur, quando volumus. majori jure idem sentiendum de surdulo, qui quamvis, ut dixi supra §. 3. n. 13. sit obligatus recitare Officium, tamen si ejus conditionis esset, ut non posset illud sine socio, cum socio posset non tamen obligaretur ad illud asciscendum, atque aded posset recitationem negligere. Ratio est tum quia, ut dictum est, recitare admisso socio est privilegium, tum quia valde onerosum esset socio cum obligari ad vociferandum, quod certè deberet præstare, ut surdulus audire posset.

13. Dixi (sacris initiatum vel Religiosum) nam Suar. Valsq. Azor. Reg. Laym. alique apud Bonac. loc. cit. id meritò negant Beneficiato. Hic enim cum ex iustitia debeat recitare Officium, obligatur aliquantulum plus, quam alij. Vnde si facile, & non cum gravi suo incommodo socium habere potest, advocare tenetur, siquidem qui se obligavit ad Officium acceptando Beneficium, se videtur obligasse ad media saltem non multum difficultia apponendam.

Ex his difficultatibus secundam modò propositam satis concepisse luminis jam vides.

Tertia Difficultas.

Quenam infirmitas excuset ab Officio?

14. Dico, nec levem, nec certè necessariò gravissimam; quia levis non affert mortaliter impedimentum, & pia Mater Ecclesia nequaquam cum tanta severitate nobiscum agit. Statuatur ergo hæc Regula: Si adest Medicus, vel vir expertus, qui possit de notabilitate infirmitatis diiudicare, nec adest Superior, qui certè in dubio valet dispensare, tunc decerne infirmitatem esse notabilem, ad effectum negligendi Officium, cum à recitatione times aliquod non parvæ considerationis malum. Video adhuc regulam non esse expeditam verum planior fiet ex corollariis.

Hinc enim ex Sanch. lib. 7. cons. c. 2. d. 45. timor, quod sit occasio recitationis futura stomachi cruditas, vel capitis gravedo, vel virtutum lassitudo, vel tardior febris remissio, excusabit hominem ab Officio.

Hinc, ex eodem *ibid.* num. 5. imbecillitas ejus, quem febris deseruit, eundem per aliquod dies excusabit, quia illa imbecillitas infirmitas est, & Mater Ecclesia convalescenti per aliquod tempus requiem ab Officio concedere putanda est. quid si Missam hic celebrare velit? celebret, inquit Sanch. *ibid.* esto vacet per eos dies ab Officio; hoc enim suavitati Ecclesiæ tribuere omnino debemus. Hi autem dies numerari debent iudicio prudentis proportionem habita ad gravitatem præteritæ infirmitatis, & præsentis difficultatis.

Hinc ex Pellizzario mox citando n. 158. quartana laborans, quando expectat vespertinam febris accessio-nem, quamvis, si manè bene se habeat, debeat horas

Matutino tempore respondentes persolvere, nec obligetur mane, ex probabili sententia Vesperas & Completorium recitare, preveniendo tempus; nilominus, si mane imbecillis existat, timeatque sibi recitationem, à toto officio absolute, ut ex dictis patet, excusabitur.

Hinc luscus, & quicumque ex oculis laborat, timet videndi vim ex legendo paulatim deperdere, Horas Canonicas ne legat.

14. Quid si hic luscus, vel ille valetudinarius legat voluntario fabulas, vel historias, omittit autem Officium, peccabitne; Respondeo non peccaturum contra obligationem recitandi Officium; ita ut etque Sanch. apud Pelliz. tom. 1. tr. 5. c. 8. n. 166. quia ab illo jam excusatur, sicuti non peccat contra præceptum jejuniij, qui ex infirmitate commedit carnes, sed ex gula concupiscentia comedit pisces. Verùm, quemadmodum hic peccat contra charitatem in se ipsum, si multum ei nocent pisces, ita peccaturum non ambigo illum, qui fabulas cum fatu- tatis detrimento legit: quod, tamen detrimentum saltem notabile rare evenit, quia hæc Lectionibus, quantum est ex hoc capite, recreatur animus, non multum opprimitur.

Quarta difficultas.

De documento dubio. Remissivè.

15. Quid faciendum, quando omnibus pensatis tu, vel etiam Medicus accipite remanetis, an sit allatura notable documentum horarum persolutio? Resp. de hac re dictum esse satis sup. lib. 1. c. 3. §. 7. v. Hor. Canon. n. 2.

Gravis Occupatio.

16. Ut occupatio superveniens ab recitando excuset, gravissime, ac necessaria debet? gravis, inquam, sive in re pertinente ad animæ salutem, sic etiam ad honorem, vitam, fortunam: ita Suar. Vasq. Laym. aliique apud Bon. mox citandum.

Ex hoc ergo capite excusantur communiter recitaturi publicam Lectionem in concursu ad Cathedram, vel ad Doctoris lauream acquirendam; Item concionatores, atque Confessarii, quando nec concionem, nec confessionem sine nota vel scandalo queunt omittere, nec simul cum illis Officium persolvere. Sed quid erit in magna frequentia confessionum, in exposcentium? Karissimè hanc solam excusationem admitto, quia ex una parte facile potest differri in alium diem aliquorum confessio (nisi forte non posset in magno Iubileo, ubi pauci essent Confessarii) & ex alia parte congrua est unius, vel alterius Horæ vacatio à confessionibus, ut quod Orationi debetur, excusatur.

17. Illud admitto libens, si quis bona fide Officium remississet ad finem diei, ad unam vel alteram scilicet horam ante mediam noctem, & ad Confessionem, vel Communionem, vel etiam Extremam-Vinctionem moribundo conferendam, advocaretur, admitto, inquam, si ad unumque, id est, ad Officium, & talia Sacramenta ministranda tempus non superpet, posse Officium negligere, & ad morientem evolare, etiamsi non sit Parochus tunc enim elæcet clara necessitas, quæ certè non est in vulgaribus Confessionibus, vel Communionibus.

18. Sacerdoti pauperi tum demum hanc excusationem indulgerem, quando extrema, vel etiam gravis necessitas victum quærendi, ita illum opprimeret, ut nequiret vitæ necessaria invenire, & Officium persolvere. Sed quando Sacerdotibus patrimonio communiter frequentibus tam acerba fors necessitatis?

19. Audi hic, amice Lectori, facetum casum, non tamen facilis solutionis: Remisit bona fide quidam Parochus gravibus dissentis per diem negotiis, recitationem horarum parvarum simul cum Vesperis & Completorio in ultimam horam ante mediam noctem; forte autem erat dies Iovis,) quando reversus domum inccenatus,

voluit hac intentione cibo se reficere, ut absoluta per diem horam cenæ, Officium recitaret alia media hora, quæ ante mediam diei sequentis jam superflua erat. Vix sedit ad mensam, cum vocatur ad audiendam confessionem ejusdem forte graviter de nocte in subita rixa vulnerari. Adolat, audit ritè confessionem, domumque redit. sub eam temporis angustiam, ut semi horula, quæ supererat ante noctem in tempestam non sufficeret ad utrumque, quod ipsi erat præstandum, nempe ad cenandum, & certè cum carnibus (impediente enim die Veneris expirabat dies Iovis) & ad Officium persolvendum. Quid ergo faciet Parochus, præsertim volens die sequenti sacrificium ritè jejunos celebrare?

Si de consilio hic ageretur facile isti hoc consilium daret, ut jejunus & inccenatus horas aliàs solito, Deo gratiosus persolveret: sed de obligatione agimus, non de consilio. Obstringamne hunc jejunare nolentem? Ius cœnandi, quo homo fame, & negotiis oppressus gaudet, dixi summe necessitate levem, an potius gravem? Deinde. Quid melius, recitari? Hæc officij; an Sacrificium diei sequentis, quod quittere absque dubio deberet Parochus, si propter recitationem comedere ante mediam noctem non posset; facili enim comederit, si non carnes, certè pisces post mediam noctem, ac propterea ad Sacrificium peragendum ineptus erit. Hæc & familia expende, & prudens inccenato: ergo ad utiliora progredior.

20. Si gravem occupationem (idem dic de quolibet alio impedimento) mane, verbi gratia, prævideas, obligaberis sine Officium prevenire, & totum mane recitare?

Respondeo ita, cum Suar. tom. 2. de rel. lib. 4. de Hor. Can. c. 28. n. 28. & 36. Azor. p. lib. 10. c. 13. q. 15. Bonac. disp. 1. de Hor. Can. q. 5. p. 2. q. 2. aliique ab eodem relatis; quia præceptum de officio persolvendo non urget solum suis correspondentibus horis, sed toto die: est enim unicum præceptum totius diei. Quoniam ergo toto die, atque ad eam in qualibet ejus parte urget præceptum, obligaberis mane, si serò non potes, vel serò, si non potes mane: sicut qui prævidet die festo, se non posse adesse Sacro circa meridiem, posse autè mane, adesse obligabitur, & contra, ut à nobis dictum est, in opus. de comm. c. 4. §. 4. n. 39.

Scio primo Emanuèlem Sà v. Hor. Can. num. 1. in genuina impressione (nam in expurgata expunctum est) sic habere: Nec tenetur ad Horas qui urgente negotio est impeditus, huic enim sufficit recitare horas temporis non impediti.

Scio item secundo nonnullos, ut Henriquez, Sanchez, Diarum apud Pellizzar. tom. 1. tract. 3. c. 5. n. 119. uti distinctione, ac velle te obligari quidem ad preveniendum, impedimentum est à te voluntariè apponendum, non verò si tibi sit involuntarium: unde laboratus à meridie febris quartana non obligatur (inquunt) mane, etiamsi bene valeat recitare Vesperas, & Completorium, quia hoc impedimentum involuntarium est: at iter acturus obligatur, quia iter est impedimentum voluntarium: Scio, inquam, hæc, sed certè hoc postterius dictum, ejusque distinctionem video esse probabilem, id quod ego supra admisi num. 13. ex Pellizzario: At illud prius propter rationem modò à nobis allatam, admittere non possum.

21. Nec obstat Officium esse dictum per diversas horas, id enim factum est propter significationem, non verò propter obligationem, quasi partis Officij recitatio sit addita uni horæ. Si enim ita esset, transacta illa hora non obligaretur quis partem Officij illi horæ respondentem recitare, sicuti transacta die Dominica, non obligamur amplius Missæ interesse, quod nullus dixit. Quæ ratione non possit quis nunc suscipere voluntarium impedimentum, quo prævidet se impediendum à crastina recitatione officij, & habes apud Bonac. loco citato, & nos universim de hoc egimus in opus. de Sacrif. Missæ, lib. 3. cap. 6. §. 2. & iterum infra lib. 4. cap. 2. §. 2. à num. 5. cum de Auditione Sacri.

11. Petes, quando gratis occupatio impedit solam officij partem, qua ratione obligabimur ad aliam partem recitandam? Respondet ea ratione, quã diximus paulo ante à num. 13. de infirmitatibus. *Sim. Suarez tom. 2. de reb. lib. 4. cap. 28. à num. 12.* eam doctrinam solum tractat ad infirmitatem excusandum, tamen Castro palas *tom. 2. de reb. lib. 4. cap. 28. à num. 4.* eam extendit ad quamlibet aliam occupationem, & meritò; par enim videtur ratio, ut ex illius dictis constat, dummodo firma remaneant quæ à num. 10. dicta sunt.

Dispensatio.

13. Dispensatio de Horis Canonicis non percurrenda potest considerari, vel ut concedenda à Summo Pontifice, vel ab Episcopo, vel à Prælatis Regularium singulis separatim.

Dispensatio à Summo Pontifice.

Dispensatio etiam sine causa à Summo Pontifice concessa, valida est, ac sufficiens excusat hominem ab honorum solutione. *Sylu. Tol. Nay. & passim, apud Bon. d. 1. de Hor. Can. q. 1. p. 2. n. 5.* Ratio est, quia valide Pontifex dispensare potest in iis, quæ sunt de jure positivo Ecclesiastico, quale est hoc, de quo agimus ut faceretur omnino infanti, vel puero ignorantis, id quod intelligit pro tempore impedimenti.

Dispensatio ab Episcopo.

14. Dispensare item valide poterit Episcopus quoad culpam (poterit etiam Vicarius generalis, tum ejusdem Episcopi, ex *Merolla tom. 3. disp. 7. c. 6. d. 27. tum Capituli, Sede vacante, sed non nisi ex speciali mandato Episcopi vel Capituli respectivè, ut habet Merolla ibid. c. 1. d. 1. n. 33. & 34.) dispensare, inquam, valide poterit sed cum rationabili causa in casibus occurrentibus, non verò in perpetuum: sic *Pell. tom. 1. tr. 5. c. 8. n. 124.* Ratio est, quia ex una parte, (ut est communis sententia cum Castro, alios citat, *tom. 1. tract. 3. de dispensat. disp. 6. part. 4. num. 8.*) Episcopus non potest dispensare in lege superioris, nisi quando Superior eidem posse positivè concessit, & ex alia parte valet idem dispensare in eadem lege superioris, quando necessitas adest, nec commode adiri potest Pontifex, & multò magis in casibus, qui frequenter occurrere solent; In iis enim censetur Superior potestatem Episcopi concessisse, ne in rebus frequenter occurrentibus ad Pontifex recurrere cogantur Fideles, sed ita est in casu nostro: ergo. Ita idem *ibid. p. 3. n. 5.**

15. Dixi (quoad culpam) quia quoad restituendos fructus non potest Episcopus dispensare. Ratio est, quia quoad hos, qui ex justitia restitui à negligente Officium debent, non apparet posse adeste rationabilem causam dispensandi, & applicandi fructus alienos alteri.

Dispensatio à Prælatis Regularium.

16. Denique de dispensatione pro Religiosis exemptis est distinguendum, possè nimirum nos loqui vel de subditis aliquo Ordine sacro initiatis, seu fortè Beneficiis possidentibus, vel de subditis solum obligatis ad Officium ex universali ratione professionis ad Chorum. Si de prioribus agamus, poterit Prælatus in suos eodem modo, quo potest in suos Episcopus, nisi à Superiore fuerit prohibitus, quia prælatus etiam Conventualis, ex *Suar. lib. 4. de reb. tr. 8. lib. 2. c. 13. n. 15.* (nisi is à Superiore limitetur) se habet in hisce casibus frequentibus, sicut Episcopus.

17. Si de posterioribus, facilius poterit idem dispensare: ita *Bon. disp. 1. de Hor. Can. q. 2. p. 2. n. 9.* dispensatur enim tunc in jure Religiosi, circa quod plus, quam

in jure communi Prælatis Religionis autoritatis habent: sicut enim ij possunt in aliis præceptis Religionis (nisi prohibeantur) sic poterunt in hoc. Hinc colligit Bonacina *ibidem*, Prælatus posse dispensare suos subditos non initiatos sacris, ab Officio ratione studiorum, vel negotiorum.

18. Si quæras, quinam Prælatis Regulares possunt in prædictis dispensare? Respondet Bonacina, Supremum, nempe Generalem. At ego pro casibus occurrentibus posse Conventualem non ambigo, quando à Superiore non limitatur: quia si potest, ut modo dixi, cum initiatis, multò magis cum cæteris. Pro longo tempore, seu semper non potest Regula certa constitui, consolat quisque Superioris sui Conventualis autoritatem præsertim verò praxim suæ Religionis, & multò magis privilegia. Quæ ratione Episcopus, vel dicti Prælatis si dispensent sine causa non illicite solum verum etiam invalide dispensent, à nobis *infr. lib. 3. c. 73.* Deo aspirante tractabitur.

Existente denique dubio, an ut excuseris à recitatione, non indigeas dispensatione, eamque an petere obligeris ex *supra dictis lib. 1. c. 3. §. 7. v. Hor. Can. & v. Dispensat. colligi potest.*

CAPUT VI.

De Peccatis Religioni oppositis.

Hæc sunt Perjurium, Simonia, Adjuratio, Superstitio, (quo nomine multa includimus, ut mox patebit) Sacilegium, Blasphemia.

De perjurio & adjuratione agam, cum de juramento; de simonia cum de contractibus: hic de tribus posterioribus breviter differemus. Adest & tentatio Dei; verum hanc ad vitia Spei adverfa non reducimus *supra c. 2. §. 2.*

§. I. De Superstitione.

1. **D**vplex ea est, Altera, quæ cultus Deo debitus tribuitur creaturæ; Altera, quæ eodem Deo, tribuitur cultus indebitus. Ita Castro Palas *3. r. 17. disp. 1. de superstitione, p. 1.* alique *ibid.* cit. Quoad priorem, quæcumque veneratio creaturæ impensa, animo illam ut Deum venerandi, mortalis est, solèturque distingui in quinque species, Idololatriam, Magiam, Divinationem, vanam Observantiam, & Maleficium, de quibus mox sigillatim.

2. Quoad posteriorem (quæ nomine generis vocatur absolute superstitio) si tribuas Deo indebitum cultum, hoc est, falsum, peccas mortaliter, ut si cum nunc colas per caeremonias Judaicas, vel Mahumetanas, profitereris enim sic veras esse Sectas illas falsas. At si tribuas indebitum cultum, hoc est, verum quidem, sed superfluum, communiter est veniale, ut si in Missa unam vel alteram orationem seu versum adderes, quæ non addit Ecclesia. Dixi (communiter) nam ad mortale posset ascendere, si intermisceretur aliquod demonis pactum, vel aliqua gravis irreverentia, vel aliqui sive expressus, sive tacitus contemptus Rubricarum, ut in *opusc. de sacrific. Missæ, lib. 2. c. 5. §. 1.* diximus (vel similia).

3. Ex his colligit Sanchez *lib. 1. in Dec. c. 37. num. 7.* turpem sonum, vel turpia cantica profanæque admiscere inter divina Officia ad turpem finem esse mortale, quia videtur coli Deus per cultum falsum, qui scilicet Deo displicet: quod intelligit præter peccatum contra castitatem ob finem inhonestum, adest peccatum superstitiosis propter irreverentiam, quæ modo dicto tunc afficitur Deus Quid si non fiat ad colendum Deum, sed solum ad ipsum finem turpem? Erit etiam superstitio mortalis, quia, præter scandalum, adest Dei injuria, dum in Officio divino, ubi colitur Deus, intermiscetur materia, liter id, per quod offenditur. Quid, si non sint turpia, sed